CCLXXXVII. 1199. Ivan nadbiskup dukljanski i barski, zahvaljuje se Inocenciju III. papi na poslanom mu plaštu i javlja, da su njegovi poslanici Ivan i Simeon podpunoma odgovorili svojoj zadaći 218

CCLXXXVIII. 1199. Papinski poslanici Ivan i Simeon, ustanovljivaju s nadbiskupom dukljanskim i njegovimi biskupi, zakone za svećenstvo u Dalmaciji (južnoj) i u Duklji, glede neprimanja novacah, glede ženitbe svećenikah i svetovnjakah, glede desetine i robstva Latinah 218

CCLXXXIX. 1199. Udova Bonda iz Dubrovnika, daruje samostanu sv. Benedikta u Lokrumi crkvu sv. Stjepana 221

CCXC. 1199. Andrija vojvoda hrvatski, potvrdjuje Spljetćanom sva ona prava koja i Koloman kralj čuvati se obveza 221

CCXCI. 1199. Emeriko kralj hrvatski i ugarski, dozvoljuje crkvi zagrebačkoj desetinu kunah i svinjah 221

Dodatak.

CCXCII. 1163. Deveš, gospodar od Konavlja, daje svojoj kćeri Dragoslavi i zetu si Mikeu, njeku zemlju u župi brenskoj, u ime miraza 225

CCXCIII. 1174. U Spljetu. Spljetćani ustanovljuju zakon o svjedočanstvu ženskom pred sudom, i o muževih, koji krivu zakletvu polažu 225

CCXCIV. 1184. U Braću. Bratko knez. i Prvoš župan braćki i hvarski, dopituje njeku zemlju samostanu sv. Ivana 226

CCXCV. 1185. 12. prosinca. U Veroni. Urban III. papa, nalaže Spljetćanom, da pošalju svoje poslanike u Rim, u poslu potvrdjenja biskupa hvarskog onda, kad bude zadarski nadbiskup posvećen 226

CCXCVI. 1186. mj. studena. U Krku. Ivan biskup krčki daruje mletačkomu samostanu Sv. Ciprijana, svoju crkvu sv. Ivana, ležeću kod gornjih vratah u Krku. 227

CCXCVII. 1187. mj. lipnja. U Rivoaltu. Mlećanom, polazećim sa svojimi brodovi na Zadar, obećava se naknada štete 229

CCXCVIII. 1187. 7. studena. U Rivoaltu. Mastopietro dužd, s občinom mletačkom, osigurava dohodke od darovane glavnice onim, koji bijaše podali novčanu pomoć Mletcima, za oružanje proti Zadru i proti ugarskomu kralju 230

CCXCIX. 1188. 21. studena. U Raveni. 233

CCC. 1189. 25. studena. U Lateranu. Klimento III. papa, preporuća Dubrovčanom nadbiskupa Bernardina 233

Strana

CCCI. 1189. 25. studena. U Lateranu. Klimento III. papa, preporuča dubrovačkog nadbiskupa Bernardina velikomu županu Nemanji, i njegovoj braći Strašimiru i Miroslavu 233

Nadpisi dvanaestoga vieka.

I. G. 1101. Na starinskoj izdubenoj trpezi velikoga oltara crkve kaludjericah sv. Marije u Zadru, (pretvorenoj sada u sud za umivanje) 235

II. G. 1103. Na pokrovcu kamenite grobne škrinje sv. Dujma, u stolnoj crkvi spljetskoj. . . . 235

III. G. 1105. Na zvoniku crkve kaludjericah sv. Marije u Zadru 236

IV. G. 1105. Na krstu iznad mramorna ciborija velikog oltara crkve kaludjericah sv. Marije u Zadru. 236

V. G. 1105. Na zidu bašće samostana sv. Marije u Zadru 236

VI. Oko g. 1105. Na ruci zlatom okovanoj sv. Donata biskupa zadarskoga, u riznici crkve sv. Stošije u Zadru 237

VII. G. 1111. Na mramornoj grobnici Vekenege (Veke) opatice kaludjericah sv. Marije, u nutarnjoj bogomolji samostana istih u Zadru 237

VIII. G. 1112. Na mramornoj grobnici spljetskog nadbiskupa Krescencija, u veži stolne crkve spljetske 238

IX. G. 1181. Na podnožju zvonika crkve sv. Andrije, kaludjericah sv. Benedikta u gradu Rabu . 238

X. G. 1189. Na grobnici dubrovačkog nadbiskupa Tribuna u stolnoj crkvi sv. Marije u Dubrovniku 238

XI. G. 1191. Nad prvimi vrati starinske tamnice i sudnice grada Krka 238

XII. Na crkvi sv. Luke, kaludjericah sv. Andjela, sada obćine pravoslavne, u Kotoru 239

I. Oko god. 1101—1102.

Koloman kralj ugarski sklopiv savez i prijateljstvo s duždom mletačkim Vitalom Mikaelom, daje mu naslov dužda hrvatskog i dalmatinskog.

Colomanus diuina fauente ac gubernante clementia Ungarorum rex, Vitali Michaeli strenuissimo Venetorum duci, suisque optimatibus salutem, amicitiasque perpetuas. Cum scriptura quotidie clamet dicens: viam non esse deserendam; mirum est super his, qui aliam existimant fore capiendam. Quapropter vobis litteras has studemus referentes nos vestras, sicuti antecessores nostri inter se habuerunt, amicitias cupere sempiternas. Verum quando nec litteris nec legato vestris, uti petiueratis, respondimus petitionibus, ideo vero minime arbitrari oportet, hoc factu doloue fecisse, sed ob commodum atque utilitatem, nec non indifficientem unamquamque stabilitatem distulisse, fati namq ue scimus hoc firmum minus stare, si sine totius regni consilio factum esset. Quare nunc vobis, quod quesiueratis, firmius totius regni voluntate, non solum litteris, verum etiam proprio legato effectum curamus reddere. Vestra igitur, vestrorumque procerum noscat prudentia, nos, nostrumque regnum, vestro vestrorumque amore indissolubili vinculo recte desiderare. Unde quia cuncta, que dicere cupimus, scribere ob legenas fastidium nequimus. Idcirco talem studemus dare nuncium, verbo cuius non detractetis adhibere auditum atque studium; sed ut nostris perpetuis non dubitetis obtemperare vocibus, attamen pauca etiam litteris insinuare laboramus. Volumus equidem ob stabilitatis firmamentum inter nos atque vos, nostros vestrosque maiores merum fieri sacramentum, qui commune habere ac facere cum necessarium fuerit vicissim valeamus augumentum. Firmius enim constat, magisque perpetuum, quod undique unitur firmissimo ligamento, quam quod debiliori subnectitur fundamento. Et que recte mandamus ad perfectam exequutionem communi voto sincere omni nixu animi aminiculante potentia dicere valeamus et laboremus. Preterea indefectibiles grates, nostrosque nuncios semper non honorifice tractauistis tamquam sagaciter, omne consilium exhibuistis. Quod idem vero honorificentius atque sagatius huic nostro legato uti nobismet ipsis exhibere petimus. Quippe vera dilectio non voce solum, sed etiam opere ostenditur. Amicus namque in necessitate probatur.

Conuenientia amicitie, que facta est inter regem Ungarorum et ducem Venetorum.

Ego Colomanus, Ungarorum rex, per memetipsum, et per meos omnes tecum Vitalis Michael, Venetie, Dalmatie et Croatie dux, et cunctis omnibus (proceribus) de vestro ducatu, veram et firmam amicitiam atque concordiam ab hoc die in antea obtinebo, et te ac tuos et cunctas ciuitates subiectas ducatui tuo, et omnia castella ac loca subdita et obedientia potestati tue, per me et per meos conseruabo, et nullo modo inquietabo. Et si aliquis ex meis aliquem vestrum foris fecerit aut offenderit, ac incognitum fuerit, infra dies triginta emendabo. Hec omnia per sacramentum sunt confirmata ac confederata equali conditione ab atraque parte.

Sed tamen quia in principibus meis et senioribus dubium videtur, utrum te ducem Croatie et Dalmatie nominauerim, volo, imo desidero pro seruanda, sicut statutum est, amititia, ut a te et tuis, et a me ac meis, ita omne prius de medio auferatur ambiguum, ut in quocumque casu tibi per antecessores tuos, et mihi per meos certa comprobatione iustitia fuerit, alter alteri nullatenus adversetur.

Codex Trevisanus, u muzeu Correrovom u Mletcih.
Tafel i Thomas. Urkunden zur ält. Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. T. I. str. 65.

II. 1102. 27. siečnja U Albi.

Paskal II. papa, pošilja Dominiku nadbiskupu dubrovačkomu nadbiskupski plašč.

Pascalis episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Dominico Racusie ciuitatis antistiti eiusque successoribus canonice promouendis in perpetuum. Potestatem legandi atque soluendi in celis et in terra beato Petro eiusque successoribus auctore deo principaliter tradita illis ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrum est dominus allocutus: Quemcumque ligaueris super terram erunt ligata et in celis, quecumque solueris super terram erunt soluta et in celis. Ipsi quoque proprie firmitas et aliene fidei confirmatio eodem deo auctore prestatur cum dicitur: Rogaui pro te ut non deficiat fides tua Petre, et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui licet indigni Petri videmur residere in loco, gracia corrigere, recta confirmare, et in omni ecclesia ad interni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat et oculi nostri videant equitatem. Fraternitatis igitur tue iustis peticionibus annuentes, tibi tuisque legittimis successoribus sanctam Raguseorum ecclesiam decreti presentis pagina confirmamus. Sane quascumque parochias eadem ecclesia preteritis temporibus possedisse cognoscitur, tibi tuisque successoribus integras permanere sancimus. Scilicet Zachulmie regnum, et reguum Seruilie, Tribunieque reguum, ciuitatem quoque catharinensem, seu Rose, atque buduanensem Auarorum, liciniatensem, atque scodrinensem, nec non driuastensem, atque polatensem cum ecclesiis et parochiis eorum. Pallium quin eciam ex more ad missarum sollempnia celebranda diebus vite tue tantummodo tibi concedimus, more predecessorum tuorum. Consecrationem vero tuorum successorum nobis nostrisque successoribus in perpetuum reseruantes. Preterea decime, possessiones, predia, seu cetera bona, que in presenti eidem ecclesie pertinent in ecclesiis, in villis, in colonis seu colonabus, in agris vel aquis, vel aliis rebus diocesane seu proprietarie disposicionis, queque in futurum liberalitate principum, vel oblacione fidelium iuste poteritis adipisci, firma vobis et illibata seruentur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexacionibus fatigare, set omnia integre conseruentur, tam tuis qnam clericorum et pauperum usibus profutura. Tu itaque frater karissime, quem pastoralis cure constringit officium, dilige fratres, ipsi quoque aduersarii propter mandatum dominicum tuo circa te copulentur affectu. Pacem sequere cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Piis utere operibus, virtutibus polleas, fulgent in pectore tuo racionale iudicis cum superhumeralis actione coniunctum. Ita procedas in conspectu dei et tocius Israel. Huiusmodi

gregi commisso prebeas exempla, ut videant opera tua bona, et glorificent patrem tuum qui in celis est. Sit in lingua sermo. Sit celi feruor in animo. Creditum tibi agrum dominicum exerce. Dum licet, semina in timore. Dum tempus est bonum faciendo non deficias. Tempore enim suo metes non deficiendo. Vigilanter itaque terrena negotia relinquendo, celestibus anhela. Que retro sunt obliuiscens, in ea que ante sunt temetipsum enixius extende. Mens tua in seculari non defluat, sed tota in unum currat atque confluat finem, quem mira suauitate Dauid respexerat, cum dicebat: Unam pecii a domino hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee. Sancta trinitas fraternitatem tuam glorie sue protectione circumdet, et ad finem qui non finitur peruenire concedat.

Ego Pascalis catholice ecclesie episcopus. (L. S.) Bene valete.

Datum Albe per manus Johannis sancte romane ecclesie diaconi. VI. kal. febr. Indictiore X. Incarnacionis dominice anno M°C°II°. Pontificatus domini Paschalis secundi pp. III.

Matica na koži pisana i novi prepis na koži u c. kr. dvorskom Arkivu, u Beču. Ragusa Fasc. I. Nr. 3.

III. 1102. 19. travnja. U Lateranu.

Paskval II. papa daje Krescenciju nadbiskupu splietskomu nadbiskupski plašt, potvrdjujući prava njegove nadbiskupije.

Paschalis Episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Crescentio salonitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas consueuit sua cuique iura seruare, et sic honoris a domino contributi priuilegium custodire, ut fratribus dignis consortium non deneget dignitatis. Idcirco venerabilis frater Crescenti salonitane archiepiscope, presentis decreti pagina fraternitati tue tuisque successoribus confirmamus ciuitatis salonitane dioecesim, cum omnibus suis appendiciis, parochiam Maronie, et quiquid episcopali vel metropolitano iure ad salonitanam ecclesiam cognoscitur pertinere. Pallium preterea fraternitati tue, plenitudinem videlicet pontificalis officii, apostolica liberalitate concedimus, quod te intra ecclesiam tantum ad missarum solemnia subscriptis diebus noueris induendum; id est, cene domini, resurectionis, ascensionis, pentecostes, natiuitatis domini, epiphanie, in tribus festiuitatibus sancte Marie, omnium apostolorum, natiuitatis Joannis babtiste, solemnitate sancti Domnii, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum, presbyterorum et diaconorum, et anniuersario salonitane ecclesie consecrationis tue die. Cuius nimirum pallii volumus te per omnia genium vindicare. Hujus siquidem indumenti honor, humilitas atque iustitia est, tota ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, in aduersis si quando eueniunt, cum iustitia erectam, amicam bonis, peruersis contrariam, nullius unquam faciem contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordie operibus, iuxta virtutem substantie insistens, et tamen insistere etiam supra virtutem cupiens; infirmis compatiens, beneuolentibus congaudens, aliena damna propria reputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis pie seuiens, in fouendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira iudicium sine ira tenens; in tranquillitate

autem seueritatis iuste censuram non deferens. Hec est frater charissime, pallii accepti dignitas, quam si solicite seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Fraternitatem tuam diuina miseratio per tempora multa seruare dignetur incolumem. Amen, Amen, Amen.

Ego Paschalis catholice ecclesie episcopus. Datum Laterani per manum Joannis S. R. E. diaconi cardinalis. XIII. calendas maii, indictione X. incarnationis dominice MCIII. (MCII.) Pontificatus autem domini Paschalis SS. PP. III.

Farlati. Illyr. Sacr. T. III. str. 162.

IV. 1102.

Bilježka o ugovoru dvanaest hrvatskih županah s kraljem Kolomanom.

„Colomanus, filius Vladislaui regis Ungarie, stans in regno loco patris sui, et quia multa strenuitate vigebat, proposuit totam Chrouatiam usque ad mare dalmaticum sub suo dominio subiugare. Venit cum suo exercitu usque ad flumen Draue. Crouates vero audientes de aduentu regis, congregauerunt exercitum suum et preparauerunt se ad pugnandum. Rex vero audita congregatione ipsorum, misit suos nuncios, volens ipsos gratiose tractare et pacta cum eisdem, ut voluerint, ordinare. Crouates vero audita legatione domini regis, inito consilio omnes in simul acceptauerunt, et miserunt XII. nobiles sapientiores de XII. tribubus Crouatie, videlicet: comitem Guran de genere Chacittorum, comitem Hugrinum de genere Chuccacorum, comitem Marmogniam de genere Subithorum, comitem Pribislauum de genere Çuddomirorum,[1] comitem Georgium de genere Suacithorum, comitem Petrum de genere Murithorum (Mogorouithorum),[2] comitem Paulum de genere Gusichorum, comitem Martinum de genere Carinensium, et de genere Lapçanorum, comitem Pribislauum de genere Politchorum, comitem Hobradum de genere Lasniçitorum, comitem Joannem de genere Jammomethorum, comitem Mirognum de genere Tugomirorum. Qui venientes ad dominum regem ei debitam reuerentiam exhibuerunt. Dominus vero rex ad osculum pacis eos rocipiens et honorifice eos tractans, ad talem concordiam deuenerunt: quod omnes predicti teneant suum pacifice et quiete, et quod non teneantur aliqua predictarum generationum nec eorum homines regie maiestaii soluere censum, nisi tantum teneantur domino regi, quando aliqui inuaderent sua confinia regalia, tunc si dominus rex mittet pro ipsis, tunc ire debeant adminus cum decem armigeris equitum de qualibet generatione prenominata[3] cum suis sumptibus et expensis usque ad flumen Draue; inde versus Ungariam ad expensas domini regis, usque quo exercitus durauerit, debeant permanere. Et sic extitit ordinatum de anno nostre redemptionis millesimo C secundo.“

Iz rukopisah knjižnice grofa Fanfonje u Trogiru „Chronica salonit. Pontif.“ p. 546. i knjižnice vatikanske br. 7019. Sravni: Tomu arcidjakona Cap. XVII.

---

[1] U vatikanskom rukopisu, Guddomirorum.
[2] Vat. rukop. Cithorum.
[3] F. r. prenominatarum.

V. 1102.

Bilježka nepoznatog suvremenika, o zakletvi kralja Kolomana, kojom se obveza da će čuvati i braniti prava kraljevine Hrvatske i Dalmacije.

Colomanus rex veniens Jadram, ante ciuitatem conuocauit curiam, ibique de Dalmacie libertate integra, perpetuaque seruanda, communiter tractante, ipse rex inprimis supra sancta quatuor dei euangelia, patre meo G. episcopo anitente, manu confirmauit propria. Videlicet: ut antiquam Dalmatie libertatem, in nullo unquam deberet fraudare, nec episcopum, vel primatem aliquem nisi ab eorum velle electum illis dare confirmareue. Deinde hoc idem similiter supra sancta quatuor euangelia iurauerunt: Laurentius strigoniensis archiepiscopus, Marcellus vaciensis episcopus, Simon quinque ecclesiensis, Mattheus vesperensis, Georgius georensis, Sixtus varadensis, Fulbertus colocensis, cum ceteris Hungarie episcopis. Comites vero maiores omnes hoc idem iurauere, quorum paucorum nomina scio. Hii sunt: Johannes palatinus, Cledinus, [1] Marcus, Saulus, Saunicus, Vguranus, Theobaldus, Jandinus, et multi alii, quorum nomina, aut nunquam scire curaui, aut si sciui, in memoria non habeo, quorum si omnium scirem, et vellem ponere nomina, in altum nimium nostra turgesceret pagina. Nam preter regem et episcopos, et comites magnos, iurauere hoc idem et multi centurionum. Ille enim, qui prouinciam Dalmatie subesse regi disposuerat, securus esse volebat per multas, et magnas personas, sibi, suisque successoribus, et eorum heredibus, antiquam fore debere libertatem. Ad memoriam vero tante confirmacionis, tres cruces aureas dedit rex, supra quas, et prout supra explicauimus, confirmauerat. Vnam videlicet iaderensi ecclesie, aliam spalatensi, tertiam arbensi, simul quosque nobiles prouincie ad se vocauit. Hac ergo securitate pace firmata, simulque terra tota per circuitum peruisa, rex regressus est in Vngariam.

U arkivu mletačkom. Liber Pactorum I. p. 150. U bečkom ark. Lib. Pact. I. p. 238.

VI. 1102.

Koloman kralj hrvatski i ugarski potvrdjuje prava samostana kaludjericah sv. Marije u Zadru.

Anno incarnationis domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo secundo. Ego Collomannus, dei gratia rex Ungarie, Chroatie atque Dalmatie. Saluo abito consilio, postquam coronatus fui Belgradi supra mare, in urbe regia, rogatu subscriptorum meorum comitum, pro karitate dei et remedio anime mee, dono perpetuam pacem et regiam libertatem monasterio sancte Marie monialium, quod situm est in Jadera, ut ibi deo deuote degentes, secure deum interpellare pro me et pro statu mei regni valeant. Nam nemo secularibus inuolutus curis, deum, ut tanto decet ordini, contemplari potest. Unde sub istius priuilegii scriptione hanc dationem regie libertatis sic corroboro, ut nullus mei regni audeat quicquam distrahere vel auferre illi monasterio, tam in mobilibus, quam et in immobilibus. Si quis vero contumax nostre legali huic iussioni contraire temptauerit, et aliquid de bonis monasterii usurpauerit, illi ecclesie quadruplum reddat, usurpator vero cum suis omnibus regali sententie subiaceat. Et hoc confirmamus nostra sigillatione, istorumque comitum:

---

[1] U drugih listinah dolazi pod imenom: Queledinus. v. Fejér C. D. Regni Hung. I. 43. 46. 57.

Procopius, Acriensis episcopus, laud.
Sigindinus Zagoriensis episcopus, laud.
Ysaac, comes, laud.
Petrus, comes, laud.
Clodia comes, laud.
Saul comes, laud.
Arnej comes, laud.
Thomas comes, laud.
Andreas comes, laud.
Cosmas comes, laud.
Vochan comes, laud.
Dionisius comes, laud.

Iz zapisnika kaludjericah sv. Marije u Zadru.

VII. 1102. 16. studena. U Oglaju.

Vodalrik knez istranski sa svojom suprugom Adelaidom, daruje crkvi oglajskoj mnoga miesta istranska, medju inimi njeka na granici hrvatskoj.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione eiusdem nostri redemptoris millesimo (C.) secundo XV. kal. decembris, indictione X. (XV.) (in) ecclesia sancte Marie virginis et sancti Hermachore martiris Christi patriarchatus sancte aquilensis, ubi nunc dominus Wodalricus vir venerabilis patriarcha preordinatus esse videtur. Nos Wodalricus filius quondam item Wodalricus marchionis et Adeleita iugales, qui professi sumus ex natione nostra lege viuere Boioariorum, ipso namque viro meo mihi qui supra Adeleita consentientem et subter confirmantem, offertor et offertrix, donator et donatrix, ipsius sancte ecclesie altario proprium duximus: ut quisquis in sanctis hac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerint iuxta auctoris vocem in hoc seculo centuplum accipiat, insuper at qu od melius est vitam possidebit eternam ideoque nos qui supra . . . . iugales donamus et offerimus in eadem sancte aquilensis ecclesie pro anime nostre mercedis, i sunt ex integris cunctis casis, castris, et capellis, et monasteriis, et villis, seu seruis, et ancillis, et omnibus rebus, iuris nostri, quas habere et tenere visi sumus et nobis pertinet in comitatu istriensi per locis quos nominauerimus vel ubicumque inuenire potueritis, excepto quod ante ponimus et in nostra reseruamus potestate . . Illud quod dedimus fidelibus nostris . . hec enim Meginhardo dedimus. Ronz . cum suis pertinenciis, Adalberto dedimus duo castella cum suis pertinentiis quorum nomina sunt Cernogradus et Bellegradus. Adalberto minori dedimus Calisedum et piscationem in Lemo cum suis pertinenciis. Et cum aliis omnibus rebus et familiis nobis pertinentibus in comitatu istriensi in eandem ecclesiam facimus traditionem. Inprimis nominatim castrum Pinquent et castrum Cholm, castrum Baniol et castrum Vrane et castrum Letai et castrum sancti Martini et castrum Josilach et villa ubi dicitur Cortalba inter latinos, castrum Veneris, villam Cuculi et villam Mimilliani et villam Cisterne et villam Petre albe et villam Druuine et villam Maticeniga, villam Cavedel, castrum Uuege, castrum Brisintina, villam Castan, castrum Castilione, villam sancti Petri cum monasterio sancti Petri et sancti Mi-

chaelis, vel per aliis quibuscumque locis inuenire potueritis de nostri iuris rebus in eodem comitatu, in ciuitatibus quamque et de foris, in ipsis istis rebus i (hi) sunt tam casis cum sedeminibus, castris, capellis, monasteriis, villis, terris aratoriis, vineis, campis, pratis, pascuis, siluis, salcetis, sacionibus, riuis, rupinis, hac palludibus, tam in montibus, quamque in planiciis, locis cultis, et incultis, diuisis, et indiuisis, sortitis et insortitis, una cum finibus, terminibus, hac cessionibus, et usibus aquarum aquarumque ductibus, et cum omni iure adiacenciis, et pertinenciis earum rerum, per loca et vocabula, ab ipsis casis et omnibus rebus pertinentibus, una cum predicta familia in integrum; que autem istis ex integris cunctis casis, et omnibus rebus, in eodem comitatu iuris nostri superius dictis una cum accessionibus et ingressoriis earum, seu cum superioribus et inferioribus suis, qualiter superius legitur, in integrum ab hac die in eadem sancte aquiliensis ecclesie donamus, et offerimus, et per presentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus faciendum. Exinde patriarcha Wodalricus, qui nunc est vel qui pro tempore post eum in eodem patriarchatu ordinati fuerint et deo seruierint, ad eorum usum et sumptum tam ipsi quamque successores eorum faciendum ex frugibus earum rerum vel censum quibus exinde annue dominus dederit, quitquit voluerint pro anime nostre nostrorumque parentum mercede, insuper per cultellum festucam, uuantonem et uuasonem terre, atque ramum arboris et vestitura, et nos exinde foris expellimus, unarpiuimus et absasno (sic) fecimus et ad eadem ecclesiam abendum reliquimus faciendum, exinde partes ipsius ecclesie, vel cui patres ipsius ecclesie dederint iure proprietario nomine quidquid voluerint, sine omni nostra et eredum ac proeredumque nostrorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi iugales, quod absimus, aut ullus de heredibus hac proheredibus nostris seu quislibet homo, oposita persona contra hanc cartam ofersionis ire quandoque tentauerimus, aut eam per quoduis ingenium infrangere quesierimus, tunc adinseruimus ad illam partem vel contra quem exinde litem intulerimus, mulcta quod ex pena auri optimi unciis quinquaginta argenti ponderis centum, et quod repetierimus accin . . . . . eamus, sed presens anc cartam ofersionis eternis temporibus firma et stabilis permaneat, atque persistat inconuulsa, cum stipulatione subnixa, et ad nos qui supra iugales et nostris heredibus hac proheredibus suprascripta ofersio ab omni homine defensare, que si defendere non potuerimus, aut si aput eandem ecclesiam exinde aliquid per quoduis ingenium subtrahere quesierimus, tunc in duplum eadem ofersionis ad predictam ecclesiam restituamus, sicut pro tempore fuerit melioratam, aut valuerint sub estimatione hominum ibidem aut in consimilis locis et predicta familia in consimiles duplas personas, et nec nobis liceat ullo tempore, nolle quod voluimus, sed quod a nobis semel factum vel conscriptum est, sub iusiurandum inuiolabiliter conseruare promittimus, et bergamena cum hanc trementario destera leuauimus, me paginam Wal (til)oni notarius, (et) iudex tradidi et scribere rogaui in qua etiam hic subter confirmans testibus que optulit roborandam. Actum in supra scriptam civitatem Aquilegiam feliciter.

Signum manuum supra scripti iugales qui hanc cartam ofersionis scribere rogaverunt et ipse Wodalricus cum eadem iugale sua consenti ut supra.

Signum manuum Woldarici comitis et Conradus avocatus et Henricus de Gorizia et Adeleita de Ortemburg, Poppo Rodulfi manus. Gebahardus, Godolscalcus, Baiuariorum rogati testes.

Signum manuum Cadulus, Berardus, Johannes, Poppo, Johannes, isti sunt histrienses testes.

Signum manuum Adalgerus, item Adalgerus Torengus, isti sunt forulienses testes. . . . . o dei gratia petenensis episcopus manu sua subscripsit.

Ego qui supra Waltilo notarius et iudex scriptor huius cartule ofersionis post tradita compleui et dedi.

Priobčio mi Dr. Petar Kandler iz Trsta.

VIII. 1103. 15. lipnja.

Koloman kralj hrvatski i ugarski potvrdjuje nadbiskupiji splietskoj sva prava i sav posjed.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCIII. die XV. junii. Colomanus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rameque rex. Consideratis fidelibus ac deuotis obsequiis venerabilis patris domini Crescencii spalatensis archiepiscopi, nobis per ipsum exhibitis, eiusque prece dignanter inducti, donationes ac confirmationes regum atque principum et aliorum dominorum adinstar priuilegiorum ecclesie spalatensis, que in priuilegiis, literis, nel antiquis montaneis ipsius ecclesie conscripta habentur, presentis priuilegii pagina confirmamus auctoritate regia, ac pleno iure subicimus eidem archiepiscopo, suisque successoribus et ecclesie omnes eius episcopatus, quos ad presens obtinet ipsa ecclesia per Dalmatiam et Chroatiam, omnesque villas et possessiones et alia ad eandem ecclesiam spectantia, presertim villam sancti Georgii de Putalo, ut ab olim donata fuit, cum omnibus hominibus in ea residentibus, seruis et ancillis, et eorum omnibus bonis, villam Syrenine, Gete, [1] Tugari, Asseti, similiter cum seruis et ancillis et eorum posteris, ecclesias sancte Marie de Salona et sancti Stephani et sancti Moysi et ecclesiam sancti Bartholomei cum omnibus pertinentibus earumdem, villam quoque Gosilam, [2] villam Ostrog, villam Labenam et totum territorium de Smina, villam in Cleuna Sudumirizam, et villam in Zetina [3] Stolez. Decimas preterea Cleune, Zetine, Clisie et eius districtus, Massari cum toto monte magno Politii et decimas Almisii usque Mucar, que omnia supradicta volumus, quod teneat, possideat, regat atque gubernet perpetuo spalatensis ecclesia ac eius presules sine alicuius perturbatione seu molestacione pacifice et quiete. Si quis autem in premissis vel quolibet premissorum dictam spalatensem ecclesiam vel ipsum archiepiscopum et eius successores molestauerit vel turbauerit, iram dei et nostram indignationem incurrat. Et ad robur omnium predictorum presens priuilegium nostro sigillo autentico communiri mandauimus.

Prepis novije dobe. Splietski arkiv, mensa eppalis. Lucius. L. VI. C. IV. Farl. III. 164.

---

[1] Lucio i Farl. Gese.
[2] Luc. Norizam, Farl. Hosizam.
[3] Farl. Lesina.

IX. 1103.

Augustin Kardinal i poslanik pape Paskala II. vraća samostanu belgradskomu sv. Ivana Ev. crkvu ss. Kuzme i Damjana.

Qualiter fuit reddita monasterio sancti Johannis euangeliste ecclesia sanctorum martirum Cosme et Damiani de monte.

In Christi nomine. Anno ab incarnatione millesimo (centesimo) tercio, indictione IV. regnante Alexio imperatore. Ego Augustinus sancte romane sedis cardinalis missus a domino papa Paschali beatissimo in Dalmatiam et Ungariam apochrisarius, adiutorio omnipotentis adiutus et defensione apostolorum Petri et Pauli circumtectus, et zelo iusticie accinctus, ad propagandam per dalmatinas ciuitates iusticiam, ea, que inuenimus in eis extirpanda extirpauimus, et que plantanda erant plantauimus, et que corrigenda erant canonice correximus. Inter quod nobis Belgradum cum tortibulensi relioso (sic) episcopo, sacre romane ecclesie dilecto commorantibus, Dabro, abbas cenobii sancti Johannis euangeliste, valde vir religiosus cum suis fratribus regulariter viuentibus, conquestus est nobis de ecclesia sanctorum Cosme et Damiani, que non longe ab urbe sita est in insula, quam Bonus belgradensis episcopus per longos annos de sub prephato cenobio iniuste et temere retraxerat. Ita, quod pendente querimonia isdem Bonns episcopus ad mortem iam infirmabatur, quem fraterno amore curauimus visitare, et de iniusticia quam monasterio per multa tempora fecerat studuimus recordari, et de presumptione redarguere. Qui diuino tactus timore, quoniam cognouerat se magnum periculum sue anime incurrisse eo, quod concessionis decretum quod Prestancius episcopus illius antecessor fecerat, presumptuose corrupisset, redidit ecelesie sanctorum martirum Cosme et Damiani cum omnibus ad eam pertinentibus abbati et eius fratribus. Concesserat namque Prestancius bone memorie belgradensis episcopus prefatam ecclesiam martirum, humana et diuina caritate deuictus, predicto cenobio sancti Johannis perpetualiter habendam, possidendam atque fruendam, consenciente clero cuncto et populo . . . . . Domino Laurentio spalatensis sedis archiepiscopo et domino Gebizone religiosissimo abbate, una cum Fulcoyno venerabili episcopo et apostolice sedis apochrisariis consentientibus atque collaudantibus, manu sua subscripserunt et corroborauerunt. Huius decreti testis: Dabro abbas, Andreas monachus, Bosna monachus, Johannes monachus, abbatissa Agapi, Dominicia, Marichna, Donanna, Micha testis, P. iudex testis, Micha vetulus testis, Zurra testis. Ego Johannes iadertine ecclesie archipresbiter, rogatus testis.

Polichorion, u arkivu gub. zadarskoga.

X. Oko god. 1103.

Paskval II. papa tumači nadbiskupu spljetskomu, zašto njegovi poslanici, predavši mu nadbiskupski plašć, zahtjevaše od njega da položi zakletvu, kojoj se upiraše kralj ugarski sa svojimi velmožami.

Significasti, frater karissime, regem et regni maiores admiratione permotos, quod pallium tibi ab apocrisariis nostris tali conditione oblatum fuerit, si sacramentum, quod

a nobis scriptum detulerant, iurares. In pallio, frater, plenitudo conceditur pontificalis officii, quia iuxta sedis apostolice, et totius ecclesie consuetudinem, ante acceptum pallium, metropolitanis minime licet aut episcopos consecrare, aut synodum celebrare. Mirentur in hac causa et dominum Jesum Christum; quum enim dominus Jesus Christus, ut omnium ouium suarum curam Simoni Petro committeret, conditionem posuit, dicens: Diligis me, Simon Petre, pasce oues meas. Si conscientiarum factor et conditor conditione hac usus est, nec semel tanto, sed et secundo, et usque ad contristationem, qua nos solicitudine, qua prouisione oportet tantam ecclesie prelationem, tantam Christi ouium curam fratribus imponere, quorum conscientias non videmus, illis maxime, qaos nullo usu nouimus, quorum dilectionem penitus ignoramus. Aiunt, omne ius iurandum a Christo deo in euangelio esse prohibitum, nec ab ipsis apostolis post dominum, nec in conciliis inueniri posse statutum, quid est ergo, quod idem dominus subsequutus ait, quod amplius est, a malo est. Hoc enim amplius, ut exigamus, malum nos, illo permittente compellit. Nonne malum est ab ecclesie unitate, a sedis apostolice obedientia resilire? Nonne malum est, contra sacrorum canonum statuta prorumpere? Quam multi hoc etiam post sacramentum presumpserunt? Nonne predecessor tuus, preter romani pontificis conscientiam, damnauit episcopum? quibus hoc canonibus, quibus conciliis legitur permissum? Quid super episcoporum translationibus loquar, que apud vos non auctoritate apostolica, sed nutu regis presumuntur? Propter hec mala et alia euitanda huiusmodi iuramentum exigitur. Cur autem iuramentum dominus prohibuerit, apostolus Jacobus manifeste adiiciens docet: ut non sub iudicium incidatis, ne quisquam, sicut et Augustinus exponit, assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter iuratione quis non utatur, nisi necessitate, quum videt pigros esse homines ad credendum, quod utile est eis credere, nisi iuratione firmetur. Hoc nimirum malo et necessitate compellimur iuramentum pro fide, pro obiedientia, pro unitate requirere. Porro apostolum Paulum pro auditorum diffidentia iurasse, eius epistole testantur. Aiunt in conciliis statutum non inueniri. Quasi romane ecclesie legem concilia ulla profixerint; quum omnia concilia, per ecclesie romane auctoritatem et facta sint, et robur acceperint, et in eorum statutis romana patenter auctoritas excipiatur, nonne in chalcedonensis concilii actione XVI. statutum est: ante omnia quidem primatus honorem precipuum secundum canones antique Rome reuerendissimo archiepiscopo conseruari? Itaque quod censuerunt rex et magnates, a supradicta sacramenti conditione te quiescere, videtur ne vobis iudicium euangelicum? Videtur ne primatus nostri honor precipuus? Numquid animo cecidit illa sententia domini: Non est discipulus supra magistrum? Numquid hungarico principi dictum est: Et tu conuersus confirma fratres tuos? Numquid hec nos commodi nostri profectione requirimus, et non unitatis catholice statuimus firmamentum? Possunt apostolicam sedem contemnere, possunt aduersum nos calcaneum suum eleuare; datum a deo priuilegium euertere vel auferre non possunt, quo Petro dictum est: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et tibi dabo claues regni coelorum. Quibus tamen quatuor conciliorum decretis dandi pallii modus prescriptus est, et professionis, vel obedientie ordo sancitus est. Quum igitur a sede apostolica vestre insignia dignitatis exigitis, que a beati tantum Petri corpore assumuntur, iustum est, ut vos quoque sedi apostolice subiectionis debite signa soluatis, quas vos cum beato Petro, tamquam membra de membro, herere, et catholici capitis unitatem seruare declarant. In quibus a predecessoribus nostris ea est adhibita moderatio, ut nihil iniuriosum, nihil difficile sit ap-

positum, quod non etiam preter exactionem nostram ab omnibus debeat episcopis obseruari, qui sub apostolorum principum Petri et Pauli obedientia decreuerunt et unitate persistere. Numquid non ultra vos Saxones, Danique consistunt? Et tamen eorum metropolitani et idem iuramentum asserunt, et legatos apostolice sedis honorifice tractant, et in suis necessitatibus adiuuant, et apostolorum limina per legatos suos non tantum per triennium, sed annis singulis visitant. Ita te frater karissime, fruamur in domino, ut non per te in ecclesiis subtractionis et dissidii, quod absit, oriatur occasio.

Ovu poslanicu priobči prvi Baronius u svojih crkvenih ljetopisih pod g. 1102. nro. VIII. ali ju pogriešno pripisa panormitanskomu nadbiskupu. Katona dokaza u svojoj Hist. crit. regni Hungariae T. III. str. 149. da pripada nadbiskupu splietskomu, niti se može izvan Dalmacije ili Ugarske pripisati ikojemu inostranomu nadbiskupu, pošto je u njoj govor o kralju ugarskom i njegovih velmožah. Kollar ju htjede pripisati crkvi koločkoj, ali u ono doba nebijaše nadbiskupija koločka još utemeljena. Jaffe stavlja ovu poslanicu u g. 1099—1118.

XI. 1105.

Opatica Vekenega daje prepisati kupovni list svoje matere Čike, vrhu zemlje Kaprule (Kozice?) koju bješe ova kupila od Zadranah.

Anno incarnacionis domini nostri Jhesu Christi M C.V. indictione XIII. regnante piissimo Colomagno Ungarie, Chroatie et Dalmatie, primo anno quo triumphaliter Jaderam ingressus est, eiusdemque urbis episcopali presidente cathedre domno G(regorio) venerabili presule. Ego Vekenega abbatissa monialium sancte Marie, filia Cicche, hoc iussi describi priuilegium de possessione terre, quam genitrix mea Cicca abbatissa comparauit a iaderensibus, in loco qui dicitur Capruli, pro uno equo albo, XL. romanatorum appretiato, tempore Stephani episcopi et Dragi prioris, unde etiam sue venditionis cartulam testationi sibi fecerunt. At postquam diuino nutu per Colomagnum, sanctissimum regem, pax terre et mari est reddita, quisque nostrum cepit ire ad propria. Sed quia humana mens in suo est insaciabilis tractatu, quod primitus precando vendiderant, postmodum negando ceperunt iaderenses defendere. Sed quia longe aliter deus quam homo iudicat, maxima pars nobilium supererat, qui tunc precantes terram vendiderant. Quibus acersitis veritatem testantes, terram suis terminis ostenderunt, quam vendiderant. Coram Gregorio episcopo et Cesare comite et aliis quam pluribus Ungaris et ciuibus nobilibus et ignobilibus.

Lampredius prior, Vitaza prior, Designa iudex, Trunzan iudex. Vilcinna iudex, Sorca, Madius archidiaconus.

Iz zapisnika samostana sv. Marije u Zadru.

XII. 1106. 30. travnja. U Zadru.

Kaludjer Dobro, sin Verestov, odkupljuje vinograd u Lukuranu, na korist crkve sv. Krševana u Zadru.

In Christi nomine et eiusdem incarnationis anno MCVI., indictione XIV., epacta sexta, concurrente septima. Sancte Anastasie Gregorius presulante, in Jadera L. priorante.

Ego Dabro, monachus, filius Veresti, breue recordacionis facio de vinea, que est in loco qui dicitur Lucorano, quemadmodum Matafar monachus pro redemtione anime sue beatissimo Grisogono tradidit cum oliuetis et ficis in perpetuum habendum et possidendum. Accidit temporum, quod monachi in magna inopia venerunt, vinea pro octo solidis vendiderunt, unde ego Dabro hic non eram illo in tempore, quando hoc factum fuerat, sed in seruicio dei et sancti Grisogoni in Arbensem ciuitatem a monachis missus fui. Reuertente hoc factum audiui, dolui, ingemui non tantum de vinea sed de oliuetis, quemadmodum die noctuque ante corpus beati Grisogoni lucerna ardebat. Aspexi in lucerna extincta, lacrimaui, mecum cogitando cogitaui, quid agerem, vel quid inde facerem, per plurimos dies meditaui. Tandem per vestimenta mei corporis habebam octo solidos, ante presenciam fratrum dedi illi Petro Zastauarello qui vineam habebat comparatam et tradidi beatissimo Grisogono martiri ut in perpetuum arderet ibi lucerna pro redemcione anime mee, patris et matris mee: Et quicumque temptauerit post mortem meam alia vice donare vel vendere pro aliqua necessitate, habeat trinum et unum deum irratum et sanctum Grisogonum martirem nunquam habeat pacificatum. Et monachi responderunt: fiat, fiat, fiat.

† Ego . . . . monachus sancti Grisogoni illo die quando hec cartula scripta fuit tradidi olivueta mea de Cuculuco cum fratre meo Prestancio beatissimo Grisogono martiri, habendi in perpetuum et possidendi. Ut quicumque de monachis seu laicis subtraere voluerit, habeat istam maledictionem que suprascripta est, insuper emoriat deramatus sicuti ego morior, et non habeat filios neque filias, nepotes neque nepos, qui possideat hereditatem temporalem. Actum est hoc in capitulum s. Grisogoni pridie kalendas maias, coram his testibus: Dominicus sancti Petri arbensis abbas electus, L. Jadere prior et Vitalis iam dictus prior, Pucarla, Dabrana, Zagayta, Damianus Chor (sic). Et ego Prestancius arbiter similiter testes.

Stari prepis na pergameni u gub. arkivu u Zadru. Caps. I. Masso H br. 7.

XIII. Oko g. 1106.

Grgur opat sv. Petra naznačuje medje zemaljah crkve sv. Mojsije kod Splieta.

Ego Gregorius abbas sancti Petri recordationem facio, qualiter interpellaui cum Teobaldo preposito Laurentii strigonensis archiepiscopi in synodo iaderensi, coram archiepiscopo Crescentio, et Gregorio iaderensi [1] episcopo, nec non Lupo arbensi episcopo, [2] atque Petro, absarensi episcopo, et Dominico veclensi episcopo, et Johanne traguriensi episcopo, et Duymo abbate sancti Stephani, et Desa sancti Grisogoni abbate, et Damiano traguriensi abbate, et alii plures qui ibi interfuerunt. Nam Teobaldus dicebat: quod totas terras illas, incipiente a Geseniza, usque ad Tessemil dub, pertinet a sancto Moysen, e contra ego hec respondebam: Non est verum, nam sunt ibi terre de sancto Domnio, et de sancto Martino, et de sancto Gregorio, et alie sunt de nobilibus chroatensis, et ignobi-

---

[1] Stolovao od g. 1101—1111.
[2] Stolovao od g. 1097—1111.

libus, in super et de priore Valiza. E contra ipse dicebat: Habetis testes? Ego respondi: plures testes habeo presbiteros et laycos. Denique sic iudicauerunt prephatus archiepiscopus, et alii episcopi: ut sicut presbiteri, et alii seniores dixerint, sit ratum, et firmum; quod et factum est. Postea pereximus utrique ad testes, ego et Teobaldus, et cepimus interrogare illos ita dicentes: Sunt omnes terre iste de sancto Moysen, an non? Qui dixerunt: Non omnes, s:t solummodo insula que infra Montem grassum est, pertinet sancto Moysi. Histi sunt testes qui testificauerunt; presbiter Ponesa, et frater eius Belzo, Pradano duornicus, presbiter Clemente de Srenina, et omnes Srenani, isti testificauerunt coram Crescentio archiepiscopo et Dabro diacono et presbitero Johanne filio Kerna, et presbitero Vlcina, et Fusco iudicatore, Nicyforo filio Cino, Lucaro filio Benetie, Gaudio Frucci.

Iz regestah XII. vieka na prgameni, u pismobrani kaptola splietskoga str. 23.

XIV. 1107.

Vekenega opatica kupuje za samostan sv. Marije u Zadru njeke zemlje u Obrovcu.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septimo. Ego Vezenega abbatissa sancte Marie, comporaui terras in Brauizo a parte aquilonis iuxta riuum, a riuo usque ad siluam, a murulis occidentalibus usque ad terram Prisne, que est nunc sancti Platonis, in australi parte, a Stephano Drisceuiz, filio Desimiri per decem solidos coram his testibus:

Sergius, nonensis comes, testis.
Bratona duornicus, testis.
Paulus archipresbyter.
Marin archidiaconus.
Micha, frater episcopi.
Pratona presbyter sancte Barbare.
Sdebor, Petrinna Drisceu, consanguineus Stephani, testis.
Nosdronna, staresinna.
Martinus subdiaconus, filius archipresbiteri.
Radoan, filius Drusen.
Desinna, filius Vidomiri, subdiaconus, testis.
Et ego Gregorius episcopus scripsi et testis sum.
Et ego Johannes jadertinus notarius ut in quadam cartula pene consumta vidi, neque addidi, neque minui, scripsi hec.

Iz zapisnika samostana sv. Marije u Zadru.

XV. 1107.

Vekenega opatica kupuje za samostan sv. Marije u Zadru njeke zemlje Leše u Obrovcu od Gjurone i od Vekenege nećakinje Radonjeve.

Ego Vekenega abbatissa sancte Marie comparaui terras in Brauzo a Zurona filiastro Mazogomile, in uno loco, ubi Lesse dicitur, pro VI. romanatis. In testimonio Wil-

cinne et Johannis de Brauzo maiori et presbyteri Sirone. Item comparaui a Vekenega, neptis Radonege, in eodem Brauzo mediam terram, cuius aliam medietatem Mira habebat, pro II. romanatis, supradictorum testimonium et Gridinna et Wilcinna testes et presbyter Sirona testis.

Iz zapisnika samostana sv. Marije u Zadru.

XVI. 1108. 25. svibnja.

Koloman kralj hrvatski i ugarski zaklinje se Trogiranom na svetom krstu, da će čuvati i braniti prava njihova grada i čitave zemlje.

Anno dominice incarnationis M C. VIII. mense V. die XXV. Anno XII. regni mei. Ego Colomanus rex Ungarie, Croatie atque Dalmatie iuro super sanctam crucem vobis Traguriuis meis fidelibus ciuibus firmam pacem; mihi et filio meo aut successoribus meis tributarii ne sitis; episcopum vero aut comitem quem clerus et populus elegerit ordinabo, et lege antiquitus constituta vos uti permittam, preterquam introitus portus ciuitatis de extraneis duas partes rex habeat, tertiam vero comes ciuitatis, decimam autem episcopus. In ciuitate quoque vestra neminem Ungarorum, vel alienigenarum habitare permittam, nisi quem voluntas vestra expetierit. Cum autem ad vos coronandus, aut vobiscum regni negotia tractaturus aduenero, nemini ciuium vis inferetur domorum suarum, nisi quem dilectio vestra susceperit. At si forte aliquando dominium meum aliquem aggrauare videbitur, et alias ire voluerit, secure cum uxore et filiis et familia et omnibus suis quocunque sibi placuerit eat. — Hoc autem sacramentum a rege et ab archiepiscopo Laurentio et comitibus Hungarie confirmatum est. Ego Joannes palatinus comes laudo, et confirmo. Ego Appa comes laudo et confirmo. Ego Thomas albanensis comes laudo et confirmo. Ego Jacobus bosordiensis comes laudo et confirmo. Ego Vgudi wasuariensis comes laudo et confirmo. Ego Slauiz comes nouogradensis laudo et confirmo.

Lucius. De regno Dalm. et Croat. Lib. III. c. 4. Lib. VI. cap. 2.

XVII. 1109. U Dubrovniku

Dominik nadbiskup dubrovački naredjuje, da crkva sv. Šimuna u Dubrovniku ostane i nadalje vlastitost samostana duvnah.

Ego Dominicus gracia dei Rachuseorum archiepiscopus. Cupiens in archiepiscopatu nostro ea qne bene acta fuerant, roborare atque firmare, et ea que aliquo modo depravari contigerat, corrigere et reformare, dumque hec pura satagere nitimus intentione, relatum est nobis de monasterio sancti Symeonis, quod in urbe nostra situm est, in quo sancte moniales soli deo militare ordinate fuerant, quod occasione heredum illorum scilicet A. et L. qui prius monasterium in proprietate sua pro remedio animarum suarum suorumque parentum constructum deo deuotissime obtulerunt, quidam mutare et destruere conarentur. Nos autem iam dictos heredes ad nos euocauimus et diligenter sciscitati su-

mus ab eis, quam subiectionem vel quod seruitium ipsi a monasterio exigere vellent? At illi dixerunt: Nullam potestatem omnino ibi requirimus ordinandi aut disponendi vel aliquid exigendi, sed obediendi, seruiendi et in quibus possumus adiuuandi eas personas qui inibi deo militauerint, ad hec ibi congregantes, ut pro omnibus fidelibus viuis atque defunctis diuinam debeant exorare clementiam. Que responsio nullo modo nobis displieuit. Ideoque nos auctoritate nostra sanctimus et confirmamus per dictam ecclesiam sancti Symeonis, ut in perpetuum sit monasterium sicut et prius ordinatum fuerat, et omnes res que ibi actenus a fidelibus iuste delegant . . mobiles siue immobiles, vel quod ad ipsum cenobium legaliter iusteque peruenient firmo iure possideat, sine omni controuersia vel molestia vel impedimento nostro aut successorum nostrorum aut predi torum heredum. Si quis autem hanc nostram institucionem temerario ausu violare temptauerit, nisi digna satisfaccione resipuerit, anathematis iaculo percussus extorris sit ab ecclesia dei, sitque eius porcio cum Dathan et Abiron, Juda traditore et Symone mago in perpetuis Gehenne incendiis. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis. M. C. VIII. (IX.) Indictione II. Regnante Imperatore Alexio Anno imperii eius XXXI. (28.) Quod ut firmius credatur et inconuulsum maneat, manus nostre subscriptione firmauimus.

† Ego Dominicus per dei graciam archiepiscopus, manum misi.
† Ego ŝ Subdiaconus ss. (subscripsi) Ego A. Mycha presbiter ss.
Ego Johannes ss. Ego Valentynus dictus ss. Ego Petrus dictus prymiceryus ss.

U pismohrani okružja dubrovačkoga. F. I. N. 4. Na pergameni dobro sačuvanoj.

XVIII. 1110. U Splietu.

Nagoda učinjena poradi crkve sv. Leona i njekih zemaljah što ih darova Biula žena Vitalova stolnoj crkvi trogirskoj.

. . . . in qua ecclesia s. Leonis diutina controuersia inoleuerat, succedente concordia omnis . . . . . . tali fine sopita est. Episcopus igitur traguriensis cum clero conquestus est nobis filios Ad (aleni . . sancti Leonis beato Laurentio cui eam donauerat Biula uxor Vitalis, qui illam ec . . . . tenore, ut beatus Laurentius eam possideret post obitum eius. Unde utrosque vocauimus . . . . . . lati statuto die se nobis pariter presentarent Ubi presente archipresule Crescentio stud. . . . . . . partis obiectionibus huiusmodi conuenientiam inter eos debere fieri definiuimus cum asse . . . . usque partis scilicet, ut episcopus et clerus beati Laurentii possideant perpetuo iure tres partes, (unam in) Balanzana et aliam in Scalauaria cum oliuis, et tertiam ad s. Stephanum contra partem austri . . . . tem quas predicta ecclesia s. Leonis contulerat. Filii autem Adaleni haberent solute . . . . . . illam quam scilicet suus auus id est Vitalis fabricauerat, ita tamen, ut nullatenus presbiter . . . . per manum episcopi; promiserunt etiam nobis firmiter filii Adaleni, quod de propria possessione rece . . . . . . ecclesie aliam terram, que equiualeret terris illis, quas concesserunt beato Laurentio. Ha . . . . . dauerunt concordiam Johannes episcopus et abbas Damianus. Clerici vero Mar . . . . . . nis diaconi, Duymus diaconus et Fuscus iudex Spalati, Gauzulo Scanacani filius. Dra . . . . . . Mesagaline filius, Fuscus Pace filius, Duymus electus, Dabro diaconus, Johannes presbyter, Duymus Tule filius. Acta sunt hec in palacio sancti Domnii, coram archiepiscopo

Crescentio . . . . . Anno ab incarnatione domini millesimo, centesimo undecimo (decimo) Indictione tertia. Presidente in romana sede papa Paschali II. Si quis hanc concordiam violauerit iram domini incurrat et anathematis vinculo subiaceat.

Lucius. Memorie di Trau. str. 491.

XIX. Oko g. 1106.—1111.

Ulomak o riešenju njeke pravde, što ju je imao Grgur opat sv. Petra, s Teobaldom predstojnikom Lovre nadbiskupa ostrogonskoga.

Ego Gregorius abbas sancti Petri recordationem facio, qualiter interpellaui cum Theobaldo preposito Laurentii strigoniensis archiepiscopi, in synodo iadrensi, coram archiepiscopo Crescentio, et Gregorio iadrensi episcopo, nec non Lupo arbensi episcopo, Petro absarensi, Dominico veglensi, Joanne Traguriensi episcopis. Gregorio abbate sancti Petri de Humai, Duimo abbate sancti Stephani de Pinis, Desa abbate sancti Gregorii et Damiano abbate sancti Joannis traguriensis, et aliis pluribus qui ibi interfuerunt.

Illyricum sacrum T. V. str, 53 i 235. T. I. str. 165.

XX. 1111. Dne 2. siečnja. U Braču.

Vid Stanislavov daruje zemlju Starmeni prodol, crkvi sv. Jurja u Straževniku.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen, a natiuitate domini nostri Jesu Christi MCXI die II. ianuarii. Regnante domino nostro serenissimo Colomanno rege Hungarie, et in spiritualibus dominante venerabili viro Crescentio archiepiscopo Spalati, nec non gubernante glorioso Stephano comite Bracie, cum suis iudicibus Radouano Slauogosti, et Joanne Matthie, actum et factum in cancellaria communis Bracie, et ibi coram nobilibus viris Georgio Jurievich, Cypriano Pobrinich, et aliis nobilibus Bracie comparuit Vitus Stanislaui, qui per auditum communem senciens quamdam terram vocatam Starmena prodol pertinere ecclesie s. Georgii de Straxeunich, illam sponte dat et relaxat ecclesie; quod si non fuerit ecclesie, erit pro anima sua et suorum, volens, ut semper ipsa sit ecclesie in remissionem peccatorum suorum.

Et ego Laurencius filius Fabiani Radomiri scriba secundus scripsi, prout voluerunt leges, bona fide sine fraude et dolo.

Ego Petrus de Sandris filius ser Augustini de Montagnana, publ. imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, ac cancellarius spectabilis domini Marci de Molino Comitis Bracie ex alio in membrana existente apud presbyterum Martinom Curatum de villis Prasnice et Straxevnich fideliter descripsi, meis signo et nomine apposui.

Ciccarelli. Osservazioni sull' Isola della Brazza, Venezia 1802. p. 105.

XXI. G. 1111.

Koloman kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje crkvi rabskoj povlastice podieljene i županije darovane joj po Kresimiru kralju hrvatskom.

Anno dominice incarnationis MCXI. indictione IV. epacta nona, concurrentibus VII. Ego Colomanus dei gratia rex Hungarorum, per misericordiam dei potitus regno Dalmacie atque Chroacie, assentimus, et quantum ad nos pertinet, confirmamus arbensi ecclesie suas parochias, iuppam sub alpibus, suis cum terminis, a castro latine Murula vocitato, sclauonice autem Stenice, usque ad flumen Copriue, Chissam suis cum terminis, iuppam Liche, iuppam Bucani et Bochacchi, sicut semper didicimus habuisse per priuilegium Crescimiri regis, et idoneos testes, quos Paulus eiusdem ecclesie presul induxit, cognouimus, decreuimus quoque, ad honorem et dignitatem illius ecclesie, inuestituras tam ecclesiarum, quam episcoporum et abbatum absque regis consilio, quemadmodum fuisse probauimus, fieri debere. Postea necessarium duximus cum utriusque regni uniuerso consilio, ut qua libertate fruuntur clerici Hungarie, fruantur et clerici Dalmacie, scilicet ut qualiscumque potentie sigillo non constringantur, sed solo archiepiscoporum et archidiaconorum suorum sigillo, lege canonum cogantur et iudicentur, hoc modo: Decimacionem quemadmodum in Hungaria accipiant. Prestaldus regis cum prestaldis episcoporum ex decimatione episcopi ipsi accipiant decimam partem, ex qua prestaldus regis dimidiam partem illius decimationis accipiat. Prestaldi vero aliam dimidiam cum curiali comite sui episcopi per medium diuidant, et sic curialis comes dimidiam sibi habeat, prestaldi vero aliam dimidiam inter se diuidant. Indictione IV. Datum est hoc priuilegium dicte arbensi ecclesie per manus venerabilis Laurencii strigoniensis archiepiscopi, perpetuo ex concessione Colomanni regis Ungarie et Dalmacie atque Chroacie, in presencia suorum episcoporum ac comitum, quorum nomina hec sunt: Marcelli vaciensis episcopi, Simonis quinqueecclesiensis episcopi, Mathei wesprimiensis episcopi, Georgii geuriensis episcopi, Sixti waradiensis episcopi, Fulberti colocensis episcopi. Comitum vero Johannis palatini comitis, Claodini, Marci, Sauli, Saunici, Ugareni, Theobaldi, Jandini et quam plurium aliorum dalmatinorum episcoporum et asserentium et testificantium, per quorum testimonium probauit predictus presul dicta, arbensis ecclesia semper ita habuisset. Crescencii spalatensis archiepiscopi, Anasthasii, tiniensis episcopi, Johannis, traguriensis episcopi, Boni (sic) [1] albensis episcopi, Marci iadrensis episcopi, Dominici vegliensis episcopi, Petri absarensis episcopi, et generalis domini regis curie. Et ut hoc priuilegium ratum et stabile perpetuo maneat, nostro iubemus sigillo imprimi atque roborari.

Arkiv gub. zadr. Kašnji prepis. Acta ecclesie arbens. Drugi prepis Ivana Spalatina javnog bilježnika rabskog od g. 1784. potvrdjen občinskom pečatju, u mene. Treći prepis u rukopisnom djelu Ruića: Riflessioni storiche sopra la città et isola di Pago.

XXII. 1112. mj. srpnja.

Boleslav župan zetski, daruje crkvu sv. Martina u Šumeti, sa svimi pristojališći, samostanu reda sv. Benedikta na otoku Lokrumu.

In nomine domini dei eterni, mense iulio, indictione quinta. Ego Boleslaus iudex ecclesiam sancti Martini, que in Sumeto esse videtur, olim ab hereticis fundatam, atque

[1] U drugom prepisu: Xani.

possessam, dei auxilio fretus, cum ea nostrorum antecessorum esset hereditas, necessarium duxi recipere eam ab eis, et tradere chatolicis et orthodoxis viris; quatenus non solum mihi, verum etiam omnibus nostris propinquis deus propitius esset. Unde continuo vocatis ad me monachis sancti benedictini cenobii, predictam ecclesiam sancti Martini, cum omnibus, que ei pertinere videbantur, sponte condonaui, terras videlicet atque vineas, domos et predia, mobilia et immobilia concessi. Insuper et ducentas oues, et nouem seruos, tria iuga bouum, et viginti quatuor vaccas. Itaque testamentum firmissimum eis facio, et nullus sit, qui contradicere audeat, vel aliquid tollere presumat, sed magis ampliato munere pro nostris animabus, et sua salute fideliter tribuat. Sin aliter egerit, et iam dictam ecclesiam a monasterio sancti Benedicti separare temptauerit, iratum habeat trinum et unum deum, et a sanctis angelis, prophetis, et apostolis, et trecentis et octo sanctis patribus perpetuam in se maledictionem recipiat, in novissimo dei iudicio cum diabolo, suisque ministris eterna pena, et inextinquibili flamma crucietur.

Et ego A. abbas pro iussione domini regis [1] scripsi.

Farlati. Illyricum sacrum T. VI. p. 59. Od ove listine priobčio sam u knjizi I. Sbornika, pod g. 1097. kratak izvadak iz rukopisnog regestra pisamah lokrumskih, nu mislim da je u Farlatijevom djelu pravilnije stavljena ova listina u g. 1112.

XXIII. 1114. mj. studena.

Grdo župan, dopituje iz nova crkvu sv. Martina sa svojimi pristojališći, somostanu benediktinskomu u Lokrumu.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi Millesimo centesimo decimo quarto, mense nouembri, indictione septima, regnante rege Georgio filio regis Bodini. Primo autem anno regnante predicto rege, surrexit Miro [2] de Paris, qui dicebat, quod ecclesia sancti Martini cum omni hereditate sua, quam Bolcslauo iudex dedit ad monasterium sancti Benedicti, qui vocatur Lacromono, est propria nostra, et donauit eam iniuste, vim nobis faciendo. Ait eis iudex Gerdo: Verum non dicitis, quoniam ab initio regale fuit terra ipsa et ecclesia, et sunt adhuc homines senes, qui bene sciunt istam rem, videlicet Lampredi monacus, cognomento Belmonette, [3] et Bella uxor Proculi de Cazariza, monaca, filia Thyhaslaue, [4] que fuit soror domino Regi Dabraslauo. Placuit autem ex utraque parte credere ipsorum testium dictis, [5] et iuimus ad Lacromono interrogare, ego Gerdo cum meis consanguineis, et nobiles Ragusii, et de Tribunia. [6] In primis Riccatina Marciuisii [7] filii regis Bodini et iudex Grubessa filius Branislauo, et Drago priore filio Slabbe, et Luccaro priore filio Nicolize, Tepla Formino de Rasbigaleri, [8] Goislauo filio Crossii, Ilenoch, [9] Zanello, Casnazo, Lauatino, Dabraheno [10] zuppano de Comene. Thechomiro setnico [11] de Canale, Svergia [12] zuppano de Tribigna, et Dauid Casnaz [13] de eadem zuppania. Ante ipsorum presentiam interrogauimus predictos testes, et dixerunt: Quia nos audiuimus pro certo, quoniam ipsa ecclesia cum sua hereditate

[1] U Farlatu dodaje se: Michaelis filii Bodini, a imalo bi valjda stojati . . „regis Bodini“. [2] Farlati: Marco. [3] Farl. Pelmonebo. [4] F. Tidiaslave. [5] Kod F. izpušćena rieč. [6] F. Tribune. [7] F. Marica vel Marcus. [8] Kod F. posliednja tri imena izostavljena. [9] Kod F. izostavljeno. [10] Zabrathocho [11] F. Sarcito. [12] F. Greogira. [13] F. Carniz.

semper regalis fuit, et Labezo hereticus per iussionem regibus eam tenebat, et in vita sua tradidit omnia in manibus iudicis Bolislaui, et fecit eum sibi filium, ab illo (quarto) die omnia causa ipsius in potestate predicti iudicis fuit, et tunc ille dedit ipsam hereditatem ad sanctum Benedictum. Quapropter ego iudex Gerdo, et cum meis suprascriptis consanguineis, similiter eam affirmamus, per remedium nostrorum consanguineorum defunctorum et nostro. Hoc factum est et definitum ante presentiam de suprascriptis testibus. Et ego A. abbas suprascriptus scripsi per iussionem domini regis suprascripti.

Stari prepis nalazi se u knjižnici fratarah dubrovačkih, u rukopisu: „Cronaca autichussima." Dio II. str. 210. gl. Farlati. T. VI. str. 59.

XXIV. 1115. mj. kolovoza. U Dubrovniku.

Juraj kralj južno-dalmatinski i zahumski, potvrdjuje darovanje sela sv. Martina u Šumetu, samostanu sv. Benedikta u Lokrumu.

Georgius gratia dei rex, una cum matre mea domina Jaquinta [1] regina, et Gerdo [2] consobrino meo, de quadam ecclesia sancti Martini, quam olim datam habuerunt patres nostri et domini, cum omni sua pertinencia ad monasterium sancti Benedicti, cognomento Lacromono, modo nos affirmamus eam similiter, ut secure possideant predictam hereditatem, quam suprascripti nostri priores dederunt. Ut nullus de nostris parentibus presumat contrariari, nam si quis temptare probauerit, veniat super illum ira dei cum [3] omnibus electis eius. Et ego A. abbas ex cenobio sanctorum martyrum Sergi et Bachi, per iussionem domini regis scripsi in presentia domini P. archiepiscopi et aliorum nobilium Ragusii, mense augusti, indictione octaua.

Iz rukopisa „Cronacha antichissima di Ragusa" u knjižnici OO. reda sv. Franje u Dubrovniku. Farlati. T. VI. str. 60.

XXV. 1115. Dne 15. kolovoza.

Juraj kralj južno-dalmatinski i primorski, daruje Kotoranom Prevlaku, Lusticu, Posiljan i sve zemljište do Grblja.

Brevelegio del molto glorioso domino Zorzi. Come signor re Zorzi, dette alli zentilomeni de Catharo, Preulacha nel patrimonio, che reedificano la giesia de sancto Archangelo, la qual a principio fo edificata per loro, come per veri fundatori, et cuxi la giesia reedificassemo al onor del signor dio et archangielo Michaele, et in quel tempo signor re Zorzi confirmo et benedisse a Catharo tutti li orti, et le vigne loro, et Lustiza et Possiglan, et tutta la pianura fina el confin de Garbal, con tutte le raxion sue fina la marina, maledizendo a chadauno re et signor in aeternum, che contradizesse soprascritta scrittura de li Signori.

---

[1] U Farlatu izostavljeno. [2] F. Girde. [3] F. et ex.

*

Le qual scritture erano scritte nel 1115. nativitate domini, a dì 15 avosto.

Ovo je izvadjeno iz listine Radoslava kralja od g. 1250. prevedene iz slovjenskoga na talijanski jezik u „Flaminia Cornelia:“ Catharus Dalmatiae civitas p. 49. i Nani. De duobus Nummis Regis Rassiae str. XLV.

XXVI. 1116.

Ordelafo Faledro dužd mletački, potvrdjuje na korist samostana sv. Ivana Ev. u Belgradu, darovanja i podieljene mu slobode od Kresimira kralja hrvatskoga.

Anno domini et saluatoris nostri Jhesu Christi MCXVI, indictione VIII. Falctrus Ordelafus gratia dei dux Veneticorum, Dalmaticornm atque Croaticorum. Priuilegium sancti Johannis belgradensis monasterii a Cressimiro rege factum, ego collaudo et in sua stabilitate confirmo ita, ut nullus episcopus aut comes vel ciuis predicti monasterii libertatem violare audeat, quam non solum a nobis confirmandam esse dicimus, sed a beato Gregorio romane urbis papa sancitam in suis decretis esse cognoscimus. Volo igitur ducali auctoritate firmare, ut si quislibet huius libertatis concessionem temerario ausu infringere temptauerit, libram auri regali fisco persoluat, similiter ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani laudo et confirmo, ideo, ut agnosco veraciter fuisse propria monasterii beati Johannis euangeliste belgradensis monasterii, ex donatione episcopi illius ciuitatis, Prestancius nomine, et aliorum episcoporum et ciues illius ciuitatis et romane sedis apocrisariorum confirmacionem et clero ac populo, collaudo et firmo eam habendam in perpetuo. Quicumque autem episcoporum aut aliorum hominum hoc decretum infringere temptauerit, et alia illius ecclesie priuilegia violauerit, omnia que possidet, in fisco ducali et regali deueniant. Hec decreta silicet libertatis monasterii beati Johannis euangeliste tibi Fusco abbati omnibusque successoribus tuis firmiter et iure perpetuo tenenda.

Polichorion u gub. Arkivu u Zadru str. 25. sravni Ljubić Listine III. str. 387.

XXVII. 1118. U Rabu.

Ugovor dužde Ordelofa Faledra s Rabljani.

Anno dominice incarnationis MCXVIII. indictione undecima, epacta XXVI, concurrente I. Nos namque Arbenses, Paulus episcopus, et Oriens comes, et tota communitas, recordationem veritatis et certitudinis facimus nostris successoribus heredibusque dimittendam. Qualiter Ordilaffus Faledrus dux Venetiarum nobis iurauit suis cum nobilibus, cum Joanne Trevisanno Caprulano episcopo, Dominico Pulano, Dominico Michaeli, Dominico Mauroceno, Raynerio Michaeli, et Marino Longoferaro, et cum perpluribus aliis. Predictus dux suo cum exercitu ibat Jadram, et nos missimus Vitazam, et Madium Rage filium, diaconos ad dominum ducem, et ad exercitum eius, dicentes: Volumus dominio vestro subesse, et si Jadrenses noluerint, vel non potuerint, si voluntatis est vestre, nos perpetuo retinere in consuetudine, statu, et libertate terre nostre. Et promisit eis dux tenere, et ita venerunt Arbum. Et ipse dux cum supradictis nobilibus hoc modo iurauit: Iuramus vobis Arbensibus, et vestris successoribus heredibus-

que, perpetuo vestram consuetudinem, et statum vestrum, et libertatem terre vestre, potestatemque, prout antiquitus dicitis habuisse sub imperatore constantinopolitano, et sub rege Vngarorum, presulem vobis eligendi ac comitem, confirmatione comitis reseruata nostre curie. Insuper taliter vos regere et manutenere, sicuti unam ex Venecie horis Riualti et sicut vobis Dalmatinis Colomanus rex Hungarie iurauit suis cum archiepiscopis, episcopis, et comitibus, ut in breuiario illo continetur. Actum est hoc in arbensis ecclesie atrio, in tempore predicti presulis et comitis, vita felice.

U mletačkom arkivu Dei Frari. Lib. Pactorum I. str. 150. 6. U c. k. dvorskom arkivu u Beču. Liber Pactorum I. str. 238.

XXVIII. 1119. 1. srpnja. U Splietu.

Maria, opatica samostana sv. Benedikta u Splietu, kupuje pet stranah njekog tornja, sagradjena uz njezin samostan.

Anno ab incarnacione nostre redemcionis milesimo centesimo nono decimo, indiccione vero septima, tempore Cirnetha prioris. Ego Maria abbatissa cenobii sancti Benedicti, cum meis omnibus sororibus, emi terciam partem de turre, que aliquando fuit Grimaldi, a nepotibus Trescale, scilicet Piruana et a fratre Cirnetha, pro viginti octo solidos romanatos pro fine, et IIIIor modia frumenti (pro) benediccione, a fundamento usque ad culmen, et quinta pars de turre, quia alie quatuor partes antea emimus, tali modo, ut nullus audeat super nos fenestras aperire vel super nos prospicere. Ante noticia horum testium: Domnii archidiaconi, diaconi Nichodemi, diaconi Dabri, filii Petrici, presbiteri Stephani, presbiteri Amici sacriste, Cirnetha patruus priori, Niciforo Dexini, Draze Neslana, Zanizo iudicator, et alio Zanizo de Petrizo, et Stano fratre eius, Petri Cocini, Sabacii Benecie, Teodori Tiberi . ., Petri Malate et Andreas, nepos eius, Sergulo et gener Petri auocati. Ego Dabrus archipresbiter precipiente supradicta domna abbatissa, filia Ursi Tiberi, scripsi et ibidem sum teste. Acta sunt hec in kalenda iulia, in curia monasterii sancti Benedicti.

Pripis na izvornoj listini g. 1069. u arkivu zadarskih kaludjericah sv. Marije.

XXIX. 1119.

Njeka Marihena, daruje samostanu sv. Benedikta u Splietu njeki kus vinograda.

In Christi nomine. Ego Marihena paginulam recordacionis fieri precepi, scilicet de partenea que prope portam monasterii sancti Benedicti est, qualem pro remedio anime mee ac meorum defunctorum in eodem monasterio optuli. Si quis autem contemtor mee donacionis extiterit, iratum habeat trinum et unum deum, nec non meam malediccionem incurrat.

XXX. 1119.

Dana, mati Gaudija Falsamina, daruje njeku svojinu crkvi sv. Benedikta u Splietu.

Ego . . Dana, mater Gaudii Falsamine, offero paratinam prope ecclesiam sancti Cipriani, in ecclesiam sancti Benedicti, que est inter para . . sancti Cipriani ex parte orientali, occidentali vero ex parte est paratina sancti Nicolai de Collegaci, pro remedio anime mee meorumque defunctorum. Si quis autem hoc frangere voluerit, habeat iratum trinum et unum deum et nostram malediccionem

Pripis na fundacionalnoj listini Lovre nadbiskupa spljetskog. od g. 1069. za spljetske duvne. U arkiva zadarskih kaludjericah.

XXXI. Oko g. 1119.

Dominko Galateov, sa svojom ženom Katenom, daruju samostanu sv. Benedikta u Spljetu njeki vinograd kod crkve sv. Stjepana.

Ego Dominicus Galate, una cum coniuge mea Chatena, vineam, que est ad sanctum Stephanum protomartirem, nostrum remedio, monasterio sancti Benedicti offero. Hoc actum est coram his testibus: Dabrone archipresbitero, diacono Dabrone, Petrici filio, presbitero Nicolao spirituali patre, Lampredio Scarnacani. Et ego Brizna diaconus, huius cartule scriptor, ibidem sum testis. Et si aliquis hanc nostram ordinacionem, quam ego Dominicus et Cathena uxor mea scribere precepimus, disrumpere temptauerit, iratum habeat trinum et unum deum et trecentorum decem et octo sanctorum patrum malediccionem incurrat, et sit deramatus in hoc seculo, et in futuro cum Juda traditore igneis vinculis mancipetur.

Iz arkiva zadarskih kaludjericah sv. Marije.

XXXII. Oko g. 1119.

Preštancio Basamure, i sin njegov Gronda, daruju njeke zemlje samostanu sv. Benedikta u Spljetu.

Ego Prestancius Basamure, filius Anch, recordacionem filie mee monialis scribere feci de terris, quas sibi contuli, et secum portaret ad monasterium. Inprimis una terra ad sanctum Paulum iuxta mare, et aliam terram ubi dicitur Campanana iuxta sanctum Andream, et unam terram in murnario iuxta ecclesiam sancti Petri, quam pro anima mea et pro amore supradicte filie mee in eiusdem monasterio fieri testamentum feci.

Et ego Gronda, filius supradicti Prestancii, pro terra mea in eodem monasterio offero terram ubi dicitur Abal.

Iz arkiva zadarskih kaludjericah sv. Marije.

XXXIII. 1121. 28. rujna. U Beneventu.

Kaliksto II. papa, pošiljajući Girardu nadbiskupu dubrovačkomu nadbiskupski plašt, potvrdjuje prava njegove crkve.

Calixtus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Girardo Ragusie ciuitatis antistiti, nostris per dei gratiam manibus consecrato, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. De domini sapiencia scriptum est, quia pertingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suauiter. Huius disposicione beato Petro, eiusque romane ecclesie concessus est tocius ecclesie principatus, ut per eius constanciam fratrum infirmitas confirmetur, et per eiusdem tutelam, et protectionem diffuse per orbem ecclesie muniatur. Eapropter frater in Christo charissime Girarde, quem nostris tamquam beati Petri manibus in Ragusie ciuitatis archiepiscopum per dei graciam consecrauimus. Nos, qui licet indigni beati Petri locum obtinere conspicimur, peticioni tue clementer annuimus, et ad exemplar predecessorum nostrorum sancte memorie, Zacharie, Benedicti et Paschalis, sanctam Raguseorum ecclesiam presentis priuilegii pagina communimus. Statuimus enim, ut parrochie omnes quas ecclesia eadem preteritis temporibus possedisse cognoscitur, tibi tuisque successoribus quiete in futurum et integre conseruentur; videlicet Zachulmie regnum, et regnum Seruilie, Tribunieque regnum, ciuitas quoque cathariensis seu Rose, buduanensis Auarorum, liciniatensis, scodrinensis, driuastensis et polatensis, cum abbaciis, ecclesiis et parochiis earum. Pallei vero usum ex apostolice sedis liberalitate tibi concedimus intra ecclesiam, tantum diebus illis, qui in antiquis ecclesie vestre priuilegiis distinguntur. Consecracionem tamen successorum tuorum nobis, nostrisque successoribus in perpetuum reseruantes. Porro decime, possessiones, predia, seu cetera bona, que in presenti eidem ecclesie legittime pertinent, in ecclesiis, in villis, in colonis seu colonabus, in agris, vel aquis, vel aliis rebus diocesane seu proprietarie disposicionis, queque in futurum libertate principum, vel oblacione fidelium iuste poteritis adipisci, firma vobis semper et illibata permaneant. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexacionibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, tam tuis quam clericorum et pauperum usibus profutura. Tua igitur interest, frater karissime, in prosperis te humilem exhibere, et in aduersis, si quando eueniunt, cum iusticia erectum, amicum bonis, peruersis contrarium, nullius umquam faciem contra veritatem suscipias, nullius umquam faciem pro veritate loquentem premas. Misericordie operibus iuxta virtutem substancie insistas, et tamen insistere eciam supra virtutem cupias. Infirmis compaciens, beneualentibus congaudens, aliena dampna propria deputans, de alienis gaudiis, tamquam de propriis exultans. In corrigendis viciis pie seuiens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens. In ira iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem seueritatis iuste censuram non deserens. Hec est enim accepti ministerii dignitas, quam si sollicite seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Sancta trinitas fraternitatem tuam dextere sue protectione custodiat, ut ministerium tuum fideliter impleas, et cum populo tibi commisso duce deo ad finem, qui non finitur in exultacione, peruenias.

L. S. † Ego Calixtus catholice ecclesie episcopus ss. Bene valete.

Datum Beneuenti per manus Grisogoni sancte romane ecclesie diaconi cardinalis, ac bibliothecarii IIII. kalendas octobris, indictione XIV. incarnacionis dominice anno MCXXI. pontificatus autem domini Calixti secundi pape anno II.

Prepis 13. vieka na pergameni u sbirci listinah jugoslavenske akademije, s visećom pečatju kaptola dubrovačkog. Na kraju listine stoji: „Habet Ragusina ecclesia priuilegia Romanorum pontificum Benedicti octani, unum. Gregorii septimi unum. Pascalis secundi unum, Calixti secundi duo, Innocentii secundi, unum. Anastasii quarti, unum. Alexandri tercii, unum. Vrbani tercii, unum Clementis tercii, unum. Gregorii noni, duo.“ Bullarium. dubr. str. 1.

XXXIV. 1121. 28. rujna. U Beneventu.

Kaliksto II. papa, nalaže biskupom gornje Dalmacije ili Dukle, da priznadu za svoga vrhovnog pastira Girarda nadbiskupa dubrovačkog.

Calixtus episcopus seruus seruorum dei, omnibus episcopis superioris Dalmacie, seu Dioclee, salutem et apostolicam benedictionem. Omnis ammonicio salutaris, quam domino credimus aspirante contingere, in mercedem proficit monitoris et moniti. Et ideo nos hoc libenter arripimus, quoniam placere deo nostro non solum nostris, sed et omnium fratrum consacerdotumque nostrorum actibus festinamus. In nostram nempe recurrit graciam, si ecclesie sic regantur, ut nullus querimoniis aditus reseretur. Sit itaque dilectioni vestre, fratres karissimi, dulcis et iucunda precepcio, quam sedis apostolice auctoritate seruata, caritatis gracia manere noscatis. Nec vobis aliquid iuris credatis imminui, si tam presentibus, quam futuris rebus videatis, ne illicitis presumpcionibus reseretur aditus, precaueri. Exigente hoc a nobis domino, qui apostolice dignitatis beatissimo apostolo Petro primatum pro fidei sue remuneracione commisit, uniuersalem ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate constituens, necessitatem sollicitudinis, quam habemus cum his, qui nobis collegii karitate iuncti sunt, sociamus. Annuentes igitur peticionibus karissimi filii et fratris nostri Girardi, quem nostris tamquam beati Petri manibus Rachusie ciuitati archiepiscopum per dei gratiam consecrauimus, et ad exemplar predecessorum nostrorum eandem ecclesiam priuilegii nostri pagina communiuimus, statuentes: ut omnes parochias, quas preteritis temporibus possedisse cognoscitur, eidem archiepiscopo quiete in futurum et integre conseruentur. Insuper ad conseruacionem priuilegiorum vicem nostram ei commisimus in eisdem tantummodo episcopatibus, qui in priuilegiis suis leguntur; videlicet in regno Zacholmie, et regno Seruilie, Tribunieque regno, ciuitate quoque catharinensi, seu Rose, buduanensi Auarorum', liciniatensi, scodrinensi, driuastensi, et polatensi, cum abbaciis, ecclesiis et parochiis earum, cui in his, que ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, ut dilectio vestra pareat, admonemus. Non enim tam illi obtemperabitis, quam nobis, qui hoc illi pro nostra solicitudine per illam prouinciam cognoscimus commisisse. Ad synodum quicumque euocatus fuerit, occurrat, nec congregacioni se deneget, in qua ad deum pertinentes causas nouerit esse tractandas. Quidquid causarum, ut assolet, inter consacerdotes euenerit, eius, cui vicem nostram commisimus, examini reseruetur, ut illo sub timore dei presule omnis ambiguitas finiatur. Nihil in eius, aut nostram, contra hec, que constituimus, presumatur iniuriam, eius nobis relacione, si quid referendum fuerit, innotescat. Ita enim vos ad illius ius pertinere volumus, ut ad vos vestrarum ecclesiarum pertinent sacerdotes. Qui ergo iure sibi debito uti cupiunt, apostolice sedis auctoritate concessa, per suam contumaciam imminuere non nitantur. Ut vero vestre dilectioni ecclesie ordinacio sue permittitur sacerdotum, ita fratrem et coepiscopum nostrum Girardum de ordinando antistite volumus consultari, cui episcoporum

consecrationem statuimus reseruari, ut eo inquisitore, atque custode, cum certus licentie modus imponitur, ecclesiastice discipline in omnibus ordo seruetur. Bene valete.

Ego Callixtus catholice ecclesie episcopus scripsi.

Data Beneuenti per manum Grisogoni sancte romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii. IIII. kalend. octobris, indictione XIIII. incarnationis dominice anno MCXXI. pontificatus autem domini Callixti II. pape, anno II.

Bullarium dubr. kako gore str. 25. i 373.

XXXV. 1124. mjeseca srpnja.

Stjepan II. kralj hrvatski i ugarski potvrdjuje Trogiranom i Spljetćanom ona prava, koja im podieli kralj Koloman, obvezav se zakletvom.

Ego Stephanus Colomani regis filius, rex Hungarie, Croatie, atque Dalmatie. Anno dominice incarnationis MCXXIV. indictione secunda, mense iulio, nono anno regni mei. Eandem libertatem et pacem a patre meo vobis Tragurinis et Spalatinis ciuibus stabilitam, cum episcopo et comitibus et omnibus regni mei principibus, sub eiusdem sacramenti obligatione confirmo et corroboro. Ego Marcellus strigoniensis archiepiscopus laudo et confirmo. Ego Gregorius baacensis archiepiscopus laudo et confirmo. Ego Simon Quinqueecclesie episcopus laudo et confirmo. Ego Ambrosius episcopus iauariensis, laudo et confirmo. Ego Cledinus [1] comes laudo et confirmo. Ego Marcus laudo et confirmo. Ego Lambertus comes laudo et confirmo. Ego Buzco Comes laudo et confirmo. Ego Nicolaus laudo et confirmo. Ego Jacobus comes laudo et confirmo. Ego Sergius comes laudo et confirmo.

Lucius. De Regno Dalm. et Croatiae Lib. III. C. IV. Memorie di Trau. str. 20.

XXXVI. 1124.

Ursacio biskup i vlastela kotorska, nadaruju crkvu sv. Trifuna u Kotoru.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Anno MCXXIIII. Ego Ursacius episcopus una cum Mele priore et nobilibus catharensibus, in primis Businas Catapanus, Georgius de Gurhana, Euaicius Bollia de Groni Crosi, Vita Dabrazze, Triphon de Domana, Ursacius de Visao, Simeon Pauli, Vitalis de Grasana Derza, Sergius de Buda, Micha de Belez, Goislauus Derze, Baliazza, bis et semel consiliarii, pulsauimus campanam . donamus tumbam sancti archangeli ad ecclesiam sancti Triphonis, videlicet a Vaize usque ad littus maris, et a littore maris usque ad Vaice, . . Si aliquis esset heres in eadem tumba . . qui omnes unanimiter . . Quoniam nulla humana persona habet aliquam hereditatem in eadem tumba, extra quatuor vel quinque . . que sunt a parte sancti Vincentii. Et hanc donationem si aliquis rumpere temptauerit, vel calumniam fecerit, ex parte dei omnipotentis et beate Marie semper virginis, et omnium sanctorum

[1] Lucić u Memorie di Trau ima Adelfo conte.

excommunicetur, et cum condemnatis condemnetur, et ex parte nostra, quamuis peccatores . . et in secundo aduentu appareant. Et sicut luminaria, que a vento extinguuntur, extinguantur. Ego autem prefatus Ursacius episcopus, per voluntatem omnium nobilium et auctoritate communi, propria manu scripsi.

Illyricum sacrum. T. VI. str. 433.

XXXVII. 1129.

Mihalj biskup zadarski, daruje samostanu sv. Ivana Ev. kod Belgrada, crkvu sv. Mihalja.

Almifice incarnationis Jhesu Christi, nostreque reparationis anno domini millesimo CXXIX. abeunte, indictionis VI. elabente. Ego M(ichael) diuina fauente clementia alme Anastasie cathedra presulante, notum facio tam presentibus, quam et remotis stabile priuilegium libertatis ecclesie sanctorum Cosme et Damiani, quam ecclesiam post reuersionem Romanie, desolacionemque ciuitatum, dux Veneziarum michi concessit abere, quam de re maxima colleccio clericorum hac laicorum unanimes venerunt ad me, obnixeque rogauerunt me, ut ego concederem sibi prefatam ecclesiam, quod deo illustrante fauorabili voluntate vel precamine istorum condonaui abbati Johanni suisque fratribus ecclesiam M. frui diuinis officiis, pro ablucione suorum facinorum vel suorum comissorum, quod si aliquis procax temere hoc meum exaratrum corrumpere temptauerit, habeat maledictionem dei et trecentorum X. et VIII. patrum, nec non et meam, iner sit ab omnibus bonis in futuro, particeps sit cum Iuda proditore. Huius rei testes Micha, Cotona, Micha de Starecca, Michael de Panza, Cuzilla, Domazza. Ego Madius Vernula (sic) sancti Michaelis hanc scendulam scripsi et huius rei testis suum.

Testimonium de vinea. [1]

Ii sunt testimonii de vinea. In primis presbiter Benedictus, Pribislauo filius Bolesi, Priboi, filius Vironi, Vilcouic, Dragos, Vilcodruga, Golube, Prodanus, filius Vilcoseri, Opprinna, Chropizo, Dalmozanino, Grubessa, Priben, Bratona, Dessinna, monachus (m°) Madius, monachus Grubessa, filius Vicussi, Cruina, Drasimir, Vilcina, filius Tolsi, Pristauopor et Brucona et Tolima, Damianus clericus rogatus scripsi.

Polichorion. U arkivu gub. zadarskoga.

XXXVIII. 1129.

Vrna opat monastira sv. Stjepana kod Solina, uredjuje granice zemaljah svoga monastira (prevod talijanski).

Nel nome di Christo. Amen. L' anno della di lui incarnatione 1129. Abbate Virna havendo la cura del monastero di san Stefano, ho procurato con ogni diligenza

---

[1] Ova bilježka uvršćena je u rukopisu odmah izpod gornje listine, nu neznam dali se darovanje vinograda ima takodjer pripisati višespomenutomu biskupu.

di mantenere ogni cosa, et essendo da alcuni Schiavoni dato molestia al monasterio, et non volendo io sopportarla, mi opposi, et venuto in. luce (?) delle terre di detto monasterio, che erano state occupate, procurai di recuperarle, et ho trovato un eredità di san Stefano di sette pezze di terra et dalla terra di san Benedetto, fino alla cima di una chiesa di santa Maria terra grand . . me eccettuatane una pezza di san Giovanni. Et de li, fino al fiume andando in su et venendo in giu fino alla Steniza, et fino al ponte, et sotto il ponte, dalla fabrica fino al ponte, et chiariti li confini, ne havemo ricevuto il frutto, et ne habiamo lasciati il possesso al monastero. Queste cose furono fatte alla presenza de sottoscritti testimoni. Prima di Sagarella avvocato della medesima chiesa, di Giovanni Mila, Rusina Drago di Pirla, di Nercinna Vratina, et di Dabro suo fratello, Otra et Ugrino suo figlio di Subri Brugog, Ponasevich, di Raiesda Cocosevich, di Nesdravoj Sokolich, di Prete Alessio et di molti altri. Et io Pre Sabatio nodaro giurato del comune ho copiato.

Documenti di san Stefano di Spalato. U knjižnici mletačkoj sv. Marka. MSS. Italiani. Class. V. Cod LI. str. 39.

XXXIX. 1133. dne 3. studena. U Krku.

Krčani povladjuju svoga kneza Dujma, da bira prineske za popravljanje grada Krka i za mletački porez.

Anno MCXXXIII. die III. nouembris Dominus Dominicus vegliensis episcopus, in suo episcopali palatio, una cum iudicibus ciuitatis pro communitate Veglie ex una parte, et dominus Duymus comes ex altera conuenerunt, ut colta, que apud commune erat pro urbe reparanda, et aliis expensis fiendis, nuntiisque mittendis, et strena Venetis danda, predicto comiti promittenti singula exequi concessa fuit. etc. [1]

Illyricum sacrum F. V. str. 229.

XL. Oko g. 1134.

Crnota pop, daruje samostanu sv. Benedikta u Spljetu njeka sela.

In Christi nomine. Quod constat actum diuino iudicio, non potest corumpi humano. Et ideo ego presbiter Cernota recordacionem facio de territorio meo posito in Dolcio de Conscaco, iuxta territoria sancti Domnii, que equaliter in longum ad orientem respiciunt, tendentes ad aque antiquum conductum, pro meta supra quod est aliud territorium sancti Domnii, quod territorium Doleci dono pro remedio anime mee et meorum parentum monasterio sancti Benedicti in perpetuum, sicut michi commissum fuit a meis

[1] Iste godine 1133. bijaše učinjen njeki ugovor ad strane Mletćanah s krčkim knezom Dujmom, kojim se grad Krk stavi pod zaštitu mletačku, s obvezom da će svake godine plaćati njeki danak poradi toga što su Mletćani pomogli Krčanom proti njekim gusarom. Gl. Cicogna Iscrizioni Veneziane T. IV. iz rukopisa knjižnice sv. Marka: Storia della famiglia Frangipane.

parentibus. Insuper dono eidem monasterio terram, quam sub . . terras eiusdem monasterii. Dono eciam terram unam in Gladnico prope . . . ex parte orientis, ita tamen, quod de ipsis terris nullus meorum eredum contradicere possit, vel partem petere aliquam, sed in ipso monasterio remaneat iure perpetuo. Si quis vero, quod absit, spiritu diabolico inflatus, per aliquam fraudem ipsas terras ab ipso monasterio abstraere voluerit, dei omnipotentis iram incurrat, et malediccionem CCC decem et octo sanctorum (patrum), ac duodecim apostolorum, ac cum Juda proditore in inferno dampnetur, et blasfemiam eternam et premium optineat. Hoc autem fuit factum coram Grubce Salatii, atque Sabacio Tiueri diacono. Èt ego Daimus clericus de mandato dicti presbiteri Cernote, sicut audiui a suo ore, ita scripsi propria manu et testis sum ad predicta.

Matica na pergameni u arkivu kaludjericah sv. Marije u Zadru, medju pismi splietskog samostana sv. Benedikta.

XLI. 1134. 28. travnja.

Felicijan nadbiskup ostrogonski, dosudjuje biskupiji zagrebačkoj šumu u Dubravi, koju je njekoč kralj Ladislav, utemeljiv biskupiju zagrebačku, darovao istoj biskupiji, a posvojit ju hotio najprije njeki Sudenja, a za njim knez Adilbert s inimi plemići.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen.

Regnante nobilissimo rege Ladislauo, strigoniensis vero ecclesie primatum Acha gubernante, et baaciensi archiepiscopo Fabiano existente, vesprimensi episcopo Cosma, palatino comite Jula, semegiensi comite Grab, predictus rex diuina gratia inspirante, horum ceterorumque nobilium consilio zagrabiensem constituit episcopatum; videlicet ut quos error idolatrie a dei cultura extraneos fecerat, episcopalis cura ad viam veritatis reduceret. Ad instruendam igitur huius plebis ignorantiam, quendam boemicum venerabilis vite virum, nomine Duch, idoneum reperit, quem eidem ecclesie pastorem per suum capelanum Francicam delegauit, qui etiam illi ecclesie officinarios de semigiensi et zalensi comitatu ordinauit. Preterea alter capellanus Cupan nomine, precepto eiusdem regis, dedit eidem ecclesie populum de Dumbroa cum terra et silua sibi appendente. Transacto igitur non paruo tempore, regnante rege Stephano, predicto vero Francica illius ecclesie episcopatum tenente, a quodam viro nomine Sudengna, de predicta silua ecclesie iniuria illata est. Quod episcopus egre ferens, ad regis patrocinium confugit, qui totam causam Feliciano strigoniensi archiepiscopo discutiendam commisit. Illius igitur ecclesie aduersarii ad iudicium vocati, cum ad determinatum diem venire noluissent, nec L. pensas secundum legem terre persoluere potuissent, archiepiscopi iudicio predicta silua per pristaldum Ysaac nomine ecclesie restituta est; et quamdiu Francica illi ecclesie prefuit, nullus ei aliam iniuriam inferre presumpsit. Defuncto igitur rege Stephano, piissimus Bela diuina gracia largente Pannonie sceptra feliciter gubernanda suscepit, cuius gracia predictus Francica ad baaciensem archiepiscopatum translatus est, zagrabiensi vero ecclesie Macilinus iherosolomitanus canonicus, episcopus ordinatus est. Tercio igitur episcopatus sui anno, Adilbreth frater Kaladini comitis, sumigiensis comes, una cum Clanisa et Petro fratre eius, et Sudangna, aliisque quam pluribus eiusdem terre melioribus, de predicta silua in concilio waradiensi, tempore Walterii episcopi, ante

Felicianum strigoniensem archiepiscopum litigium renouauit. Cuius iudicio II. episcopi, videlicet Francica baaciensis, et Macilinus zagrabiensis, salua episcopali dignitate, pro iusticia sancte ecclesie veritatem dixerunt, III. vero de nobilioribus eiusdem ecclesie, scilicet Barkis, Mahal, Dersihna, super sacrum altare waradiensis ecclesie in presentia canonicorum iurauerunt, Augustino strigoniensis ecclesie canonico existente pristaldo. Quod factum est anno dominice incarnacionis MCXXXIV. epacta XXIII. VI. kalendas maii. Archiepiscopus vero volens suum iudicium inmobile permanere, alterum eis pristaldum, nomine Marcellum, filium Gira comitis, dedit, qui priore pristaldo, silicet predicto Ysaac, premonstrante singulas metas renouauit, et ecclesie siluam ea condicione restituit, ut nullus in ea omnino sine consensu episcopi quicquam agere presumat, vel (v)enando, vel aliquid de ea auferendo, vel intromittendo. Huius rei testes sunt archiepiscopi iudicio assidentes: Nicolaus nitriensis episcopus, Euzidinus comes de Saunic, Geuril filius Andree comitis. Laurencius filius Salamonis canonicus waradiensis ecclesie, Benedictus custos, Opus decanus, Sebastianus.

Iz vana. Priuilegium Ladislai regis super constitucione Zagrabiensis episcopatus. Priuilegium canonicorum. Na okrajku s jedne i druge strane prerezana 9. velika pismena.

Pisano na pergameni, pismeni 12. vieka. na njekih miestih razderan je kver, te se mogu njeke rieči težko pročitati. Nalazi se u nadbiskupovom arkivu u Zagrebu, Privilegia Br. 1. Gl. I. Tkalčić. Povjestni spomenici zagr. bisk. knj. I. str. 1.

XLII. 1134.

Mihalj nadbiskup zadarski i Petar knez grada Zadra i vojevoda čitave Dalmacije, riešavaju parbu glede njekih zemaljah, ležećih u Braveu (Obrovcu) vodjenu medju samostani sv. Krševana i sv. Marije.

† Anno domini millesimo centesimo XXXIV. indictione XII. presidente cathedre beate Anastasie M. archiepiscopo, Petro comitatum Jadere, totiusque Dalmacie principatum feliciter procurante. Orta est contentio inter abbatem sancti Grisogoni cum monachis suis, et abbatissam sancte Marie cum monialibus suis, propter quasdam terras in Brauizo, que sunt subtus ecclesiam beati Petri ab occidente. Nam ut est cupido et auaritia seculi presentis, dicebat abbatissa, terras esse suas, quas abbas cum fratribus suis: veris indiciis et equissima ratione ostendebant et fuisse et esse suas. Vtraque igitur parte inter se minime conueniente, venerunt tandem in episcopium, et steterunt coram archiepiscopo, comite, iudicibus, et ceperunt huius rei causam studiose perquirere. Pro parte monasterii sancte Marie certabat Zanizus, filius Vitaze prioris, aduocatus illarum. Diu autem inter se illis litigantibus, iudices causam subtilissime discutientes, reppererunt equiorem et iustiorem, tam assertione verborum, quam exaratione litterarum, quamque etiam memoria quorumdam presentium, qui causam noscebant, rationem monachorum. Sed nullum inposuerunt finem. Conuersi vero ad Zanizum, dixerunt: Si testes idoneos haberent, qui exploratius propositi negotii causam nossent. Tunc confessus est, quod haberent archidiaconum Maium testem qui interfuerit, cum Gregorius archiepiscopus iudiciali ratione terras illas diuiserit. Tunc missi sunt duo ingenui viri, unus Fuscus diaconus, plebanus sancte Marie, et alter laicus Prestancius Fera ad archidiaconum, interro-

gare eum, si res se ita abet, sicuti Zanizus et moniales autumabant. Archidiaconus autem, utpote venerandus senex, nec a veritate declinans, cepit detestare et contradicere, quod nunquam ibi fuisset, nec hoc agi vel vidisset, vel audisset. Tunc confusa pars monialium, pre verecundia nichil iam dicere potuerit. Tunc dati iudices, data sentencia, utramque partem habire preceperunt. Dein paucis interiectis diebus, salubri roborati auxilio, abbas et ceteri fratres, adeuntes archiepiscopum, simul et comitem, rogauerunt eos, ut se parum vexarent et exirent videre terras illas, et secundum antiquam dationem et dispositionem sic roborarent et firmarent, quatenus deinceps nullum litigium, nulla contencio posset oriri inter duo predicta monasteria, quod et factum est. Perrexit igitur Michahel archiepiscopus cum clericis aliquibus, quorum nomina hec sunt: Gaudius archipresbiter, Micha diaconus, filius Strezicuze, Lampridius clericus, filius Marichne, Petrizus clericus, filius Camassi; deinde Petrus comes cum proceribus suis, quorum nomina hec sunt: Maius Zambata, iudex, Grube iudex, Zanizus aduocatus, Bergullus aduocatus, Prestancius Fera, Vitaza, filius Stance Dassare, Bratona frater comitis, Mandreius, et alii plures. Abbas cum suis, et abbatissa cum suis, et sic peruenerunt ad ecclesiam beati Petri, et per ostensionem analium et recordationem veteranorum inuenerunt, quod medietas coquine, quam edificauerant homines sancte Marie, staret in terra sancti Chrisogoni, sed precatu archiepiscopi, pariter et comitis et abbatisse, et omnium clericorum et laicorum ibi presentium, consensit abbas et reliqui fratres, ut miteretur linea ab angulo ecclesie interioris, hoc est extra turrim, quia turris ecclesia (sic) est beati Chrisogoni. Et missa est linea ab angulo ecclesie, parum in obliquum, in apuilonem, ita ut tota coquina sit eis concessa, et sic monachi ad terminos terre sue magnos lapides fundotenus locauerunt, in quibus etiam lapidibus litteram G. imprimerunt, ut extra hoc terminos non liceat hominibus sancte Marie in occidentem vel pedem ponere, vel quodcumque animal minare.

Matica na pergameni. U zadarsk. gub. arkivu. Cass. XVIII. 446.

XLIII. 1137.

Bela II. kralj ugarski, podieljujući dozvolu njekomu knezu Martinu, da može darovati svoja posjedovanja samostanu sv. Petra u Čataru, u salajskoj županiji, spominje takodjer njeke posjede uz Muru i preko Drave, kao i Šemovec (Semeza) u zagrebačkoj biskupiji. (*U izvadku.*)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Notum sit omnibus sancte dei ecclesie cultoribus, tam clericis quam laicis, quod rex Bela inclitus, in conuentu strigoniensi, ubi filio suo Ladislao, communi regni consilio, bosnensem ducatum dedit, in insula abbatie monialium, ubi ecclesia s. Marie, archiepiscopo Feliciano presidente, et ceteris episcopis presentibus, scilicet Machario, Saulo, Martyno, Petro, Waltero, Zacheo, Macelino (zagrabiensi) et curiali comite Francello .. His nihil contradicentibus, Bela rex concessit Martino comiti ad placitum sua ordinare. Gratiam quam pater concesserat, concessit succedens filius in regnum Geuczha, presente Belos duce, et Hitelano preposito, Quuchino preposito, et Calixto et Iuliano comite et Rolando Predium Chiatarii, in quo monasterium est edificatum, quod erat cum fratribus suis commune, cambiuit mutando a filiis Andree, cum parte de terra, quam habebat in Beschen, non ultra aquam Muram, sed citra, pars Alexii data est. . .

Item dedit predium de Zala, quod sibi dedit rex, quesitor a rege dominus prestaldus Seraphim, frater eius, ubi datum est sibi illud predium, interfuerunt hi proceres: Iula, Salamon centurio, San centurio, kenez Petrus, istis dati sunt numi in recordationem. Ibidem sunt duo aratra cum sex mansionibus et decem domibus, et seruiant abbati, qualiter preceperit, sed si abbati placuerit, dent filias liberis et ducant de liberis, quorum nomina hec: Donamer, cum duobus filiis, Didec cum filiis, Radosta, Dracem, Sadem, Blasius filius Grapo, Cace, Budissa, Pribizla, Odila. Predium Fertew cum uno aratro et tribus mansionibus, predium Galani, quod dedit rex pro suo predio, scilicet Sar, quod datum est episcopo (zagrabiensi) Macellino, dedit monasterio cum decem mansionibus. . . . Terram, quam emit a Symeone filio Nicolau comitis, ultra Dravum, centum pensis et duobus dextrariis, dedit monasterio. Terram quam habuit gratia Stephani (II.) regis in zagrabiensi parochia, scilicet Semeza, quesitor Georgius comes, filius Saul, pristavdus Weng, filius Radoan. etc.

Čitavu listinu priobći Bernardo Pez, Codex dipl. T. VI. col. 355. iz knjižnice admontske i Fejer Cod. dipl. R. Hung. T. II. str. 88.

XLIV. 1138.

Bela II. kralj hrvatski i ugarski daruje, nadbiskupiji spljetskoj crkvu sv. Marije u Solinu.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo CXXXVIII. indictione prima. Ego B(ela) dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroatie, Rameque rex, do ecclesie spalatensi, pro remedio anime mee meorumque successorum, et tibi Gaudio predicte matris ecclesie archiepiscopo, ecclesiam sancte Marie, que est Salone, cum omnibus appendiciis suis, tam mobilium, quam immobilium rerum, et cum molendinorum redditibus, ut nulli omnino hominum, nisi prenominate ecclesie spalatensi, reddatur tributum. Et quicumque nostro priuilegio (cont)rarius assistere voluerit, iratum habeat trinum et unum deum, et habeat maledictionem sanctorum patrum, insuper nostram iram incessanter incurrat, et decem libras auri componat, medietatem in regali palatio, et medietatem ecclesie, cui iniusticiam fecerit, et hec cartula maneat in sua roboracione.

Prepis u spljetskom arkivu. Mensa episcopalis.

XLV. 1138. 24. svibnja. U Lateranu.

Inocencio II. papa, podjeljuje nadbiskupu spljetskomu Gaudiju, plašć na molbu kralja ugarskoga Bele II.

Innocentius seruus seruorum dei, venerabili fratri salonitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Sicut beati Gregorii testatur auctoritas, et tam veterum quam modernorum gestorum monumenta declarant, examinatio et consecratio salonitani archiepiscopi ex antiqua institutione ad romanum pontificem specialiter per-

tinet. Quocirca in sanctam romanam ecclesiam grauiter deliquisse, et claues beati Petri ausu temerario euacuare voluisse dignosceris, dum spreta dignitate sedis apostolice, ad aliam prouinciam conuolasti, et contra veterum consuetudinem, a strigoniensi archiepiscopo consecrationem suscipere attentasti. Licet ergo vehementer excesseris, licet contra stimulum calcitrare molitus sis; quia tamen dilectus filius noster Bela rex Hungarie pro te multoties apud sedem apostolicam per litteras et nuncios intercessit, ipsius tandem precibus condescendimus, et per dilectum filium nostrum Ubaldum diaconum cardinalem, [1] virum siquidem honestum, et litterarum peritia eruditum, fraternitati tue pallium, pontificalis officii plenitudinem, signum humilitatis et iustitie destinamus; ut videlicet eo his diebus utaris, qui in ecclesie tue scriptis authenticis continentur. Tua itaque interest ita te erga beatum Petrum deuotum et humilem in omnibus exhibere, ita te in eius obsequio exercere, et preceptis apostolicis obedire, ut hac gratia dignior valeas inueniri, et nos de tue actionis studiis exultare possimus. Preterea episcopos per Dalmatiam constitutos suffraganeos, quibus Salona tempore suo rutilando utebatur, sancte spalatine ecclesie, ubi corpus sancti Domnii discipuli beati Petri requiescit, cum omni reuerentia obedire sancimus, quem unum totius Dalmatie metropolitanum in salonitana ecclesia fore scimus, iuxta quod in decretis nostris comperimus. Item quia per vestras litteras conquesti estis de suffraganeis recusantibus venire ad concilium sancte salonitane ecclesie metropolitane, nos ita statuimus, ut in Dalmatia nullo alio in loco synodus, preter in vestra metropolitana ecclesia celebretur, et ibidem omnes suffraganei prefate ecclesie salonitane more solito consecrentur. Datum Laterani IX. kal. iunii.

Lucius de regno Dalmatie et Croatie Lib. III. cap. XI. Farlati Illyricum Sacrum. III. p. 173.

XLVI. 1142. 11. lipnja. Na brdu Tiburtinu.

Inocencio II. papa nalaže knezu i občini dubrovačkoj, da častno primu svoga nadbiskupa Andriju, kojemu on podieli nadbiskupski plašč.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis, clero, P. comiti, et populo ragusiensi catholico, salutem et apostolicam benedictionem. Ex ipsius redemptoris nostri Jesu Christi domini constitutione sancitum est, ut romana ecclesia in beati Petri apostoli fide et confessione fundata, uniuersis per orbem terrarum debeat ecclesiis prouidere. Unde nos, qui licet indigni loco eiusdem apostolorum principis residere conspicimur, omnes ecclesias in eiusdem fidei sinceritate et unitate cupimus confirmare, et in unius compage corporis indissolubiliter solidare. Ideoque venientem ad nos venerabilem fratrem nostrum A(ndream), archiepiscopum vestrum, debita benignitate suscepimus, et inter

---

[1] Ovaj Ubaldo, rodom iz Luke od porodice Accingola, bje imenovan djakonom kardinalom od pape Inocenca II. sa naslovom sv. Marije in via lata.

Kasnije postade presbiterom kardinalom od sv. Praksede i biskupom ostienskim i velitrenskim, napokon godine 1181. dne 1. rujna, rimskim papom, pod imenom Lucija III. † 25. studena 1185. U pečatnicah pape Inocenca II. dolazi isti kardinal Ubaldo podpisan od god. 1135—1143.

fratres nostros, prout decuit, honorauimus. Palleum quoque, videlicet pontificalis officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, secundum quod predecessoribus suis a sede apostolica concessum est, sibi indulsimus. Ipsum itaque cum gratia sedis apostolice et litterarum nostrarum prosecutione ad vos remittentes, uniuersitatem vestram rogamus, monemus, et monendo precipimus, quatinus tanquam patrem et pastorem vestrum benigne recipiatis, diligatis, et honoratis, et debitam ei obedientiam et reuerentiam humiliter exhibeatis.

De ordinationibus (?) vero Rogerii a Petro Leonis . . preces eius audire nequiuimus, quoniam in concilio, quod in basilica saluatoris domino presidente celebrauimus, ordinationes ab ipso, et aliis hereticis et scismaticis factas, euacuauimus et irritas esse censuimus. Datum in monte Tiburtino III. idus Junii.

Iz rukopisnog bularija dubrovačkog str. 259.

XLVII. 1142. 11. lipnja. Na brdu Tiburtinu.

Inocencio II. papa, pošilja Andriji nadbiskupu dubrovačkomu nadbiskupski plašć, potvrdjujući povlastice njegove crkve.

Innocontius seruus seruorum dei, venerabili fratri Andree Ragusii ciuitatis antistiti, eiusque successoribus canonice promouendis in perpetuum. Ex commisso nobis apostolatus officio, fratribus nostris tam vicinis, quam longe positis, paterna nos conuenit prouisione consulere, et ecclesiis in quibus domino militare noscuntur, suam iustitiam conseruare, ut quemadmodum disponente domino fratres vocamur in nomine, ita nihilominus conprobemur in opere. Iustis itaque postulationibus tuis debita benignitate gratum impertientes assensum, sanctam Raguseorum ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Sane quascunque parochias eadem ecclesia vestris temporibus iuste possedisse dignoscitur, tibi tuisque successoribus integras permanere sancimus; scilicet Zachulmie regnum, et regnum Seruilie, Tribunieque regnum, ciuitatem quoque catharinensem seu Rose, atque buduanensem Auarorum, ulciniensem atque scodrensem, nec non driuastensem et polatensem cum abbatiis, ecclesiis et parochiis earum. Preterea decime, possessiones, predia, seu cetera bona, que ipsa ecclesia in ecclesiis, in villis, in colonis seu colonabus, in agris aut aquis, siue aliis rebus, dioecesane et proprietarie dispositionis in presentiarum iuste et canonice possidet, quecumque etiam in futurum liberalitate principum et oblatione fidelium rationabilibus modis poterit adipisci, firma vobis et illibata seruentur. Pallium quoque pontificalis videlicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, ad missarum solempnia celebranda tibi concedimus, quo hiis diebus uti memineris, quibus a sede apostolica predeccesoribus tuis concessum fuisse dinoscitur. Studeat itaque tua fraternitas plenitudine tante dignitatis suscepte ita strenue cuncta peragere, quatinus morum tuorum ornamenta eidem valeant conuenire. Sit vita tua subditis exemplum, ut ex ea cognoscent, quid debeant appetere et quid cogantur vitare. Cure tibi sit magis hominibus prodesse quam preesse. Non in te potestatem ordinis sed equalitatem oportet pensare conditionis. Stude, ne vita doctrinam destruat, nec rursum vite doctrina contradicat, memento, quia ars est artium regimen animarum. Ecce frater in Christo

karissime, hec sunt pallii, ista sunt sacerdotii, que omnia facile Christo adiuuante adimplere poteris si virtutum omnium magistram, karitatem cum humilitate habueris, et quod foris habere ostenderis, intus habebis. Consecrationem vero tuorum successorum nobis nostrisque successoribus in perpetuum reseruamus. Decernimus igitur ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, et ablatas retinere, minuere, et temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur, tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo, tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen, Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus ss.

† Ego Albitius hostiensis episcopus ss.

† Ego Octavianus diaconus cardinalis s. Nicolai in carcere ss.

† Ego Nicolaus diaconus cardinalis s. Palatii ss.

Datum in monte Tiburtino per manum Gerardi s. romane eclesie presbiteri cardinalis ac bibliothecarii III. idus iunii, indictione quinta, incarnationis dominice anno MCXLII pontificatus vero domini Innocentii secundi pape anno XII.

Iz rukopisnog bularia dubrov. str. 430. Farlati T. VI. 63 ima samo odlomak iste pečatnice.

XLVIII. 1142.

Gejza kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje Spljetčanom stara prava.

G. dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rameque rex. G(audio) suo archiepiscopo, Cerneche comiti, omnibusque urbis Salonitane proceribus, gratiam cum salute. Litterarum vestrarum intelligentiam diligenter, ut oportuit animaduertimus, in quibus et vos nostro compati dolori pro patris nostri obitu, et regie congaudere dignitati totaliter nobis adherendo fide plena asseruistis; qua de re grates vobis, vestrisque contribulibus (conciuibus?) habemus, et habere volumus non modicas. Laudabiliter etenim nostri decessores vos dilexisse comprobantur, cum in fide firma erga nos habita, tam vos, quam vestros conciues perseuerare videamus; unde et potiori gratia vos complecti et volumus et promittimus. Placuit itaque ut petitioni vestre libentissime annueremus, nam et priuilegium vestrum, prout voluistis, corroboramus, antiqua lege patrum nostrorum, et vos ampliori dilectione, ut diximus, amplecti volumus et promittimus.

Iz pismohrane kaptola spljetskog. Farlati Illyr. Sacrum T. III. p. 174.

XLIX. 1142. mj. svibnja. U Spljetu.

Gejza kralj hrvatski i ugarski, ponavlja Spljetćanom zakletvu kralja Kolomana, glede čuvanja njihovih pravah.

Anno dominice incarnationis MCXLII. indictione V epacta XXII currentibus III. mensis maii, anno secundo regni mei. Ego Geysa rex Hungarie, Chroatie atque Dalmatie iuro super sanctam crucem urbis spalatensis principibus firmam pacem et libertatem, mihi quoque et successoribus meis tributarii, aut angariarii ne sitis; episcopum vero aut comitem, quem clerus aut populus elegerit, confirmabo, et lege autiquitus constituta cum vestro iudice uti permittam vos, preterquod introitus portus ciuitatis de extraneis duas partes rex habeat, tertiam comes ciuitatis. In ciuitate vestra neminem Hungarorum, vel alienigenarum habitare permittam, nisi quem voluntas vestra expetierit. Cum autem ad vos coronandus, aut vobiscum regni negotia tractaturus venero, nemini ciuium vis inferatur domorum suarum, nisi quem dilectio vestra susceperit. Iudicem inter vos et extraneos a me constitutum, vobiscum in ciuitate sedulo commorari volo, nec eum extra urbem alias proficiscentem sui precepto aut sigillo a vobis causa placitandi sequendum concedo. Si quis vestrorum per meum regnum terra, marique negotia exercuerit, mihi aut alicui nostrorum hominum ex proprio commercio nullum persoluat debitum; obsides a vobis nullo modo recipiam, sed in curia nostra seruire volentibus rogam impendam, et morandi siue discedendi ad suum velle, facultatem obtineant, nullamque super hoc molestiam inferam. Ac si forte aliquem dominium meum aggrauare videbitur, et urbem vestram exire voluerit, secure cum uxore et filiis, et familia, et omnibus suis bonis quocumque sibi placuerit eat. Hec autem omnia absque fraude et ingenio ac detrimento ciuium vel ciuitatis in aliquo attinente obseruabo.

Sacramentum hoc a rege et archiepiscopo Muchia (?) confirmatum est. Ego bachiensis archiepiscopus laudo et confirmo. Ego Martinus agriensis episcopus laudo et confirmo. Ego Paulus vesprimiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Verblen zagrabiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Zacheus iauariensis laudo et confirmo. Ego Joannes quinqueecclesiensis episcopus laudo et confirmo. Ego Paulus canadiensis laudo et confirmo.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III p. 175. Farlati stavi ovu listinu pogriešno u godinu 1143. s kojom se neslaže indikcija V. niti epakta 22. niti concurrens III. Jer indikcija V. pada u g. 1142. isto tako i epacta 22. i concurrens III.

L. 1142.

Gejza II. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje darovanje crkve sv. Marije kod rieke Soline, nadbiskupiji spljetskoj.

Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi MCXLIII. Ego Geycha, dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex. Confirmo ecclesie spalatensi et tibi Gaudine, archiepiscope, ecclesiam sancte Marie, que iuxta riuum salonitane ciuitatis est sita, cum omnibus suis appendiciis, tam in terris, quam in vineis atque hominibus, sine

molendinis; habendi, possidendique potestatem obtineas, uti a predecessoribus meis, Colomano, Stephano et nouiter a patre meo Bela, iure fuit regali concessa, annuentibus cunctis nobis episcopis siue proceribus, predictam institutionem sanctimus. Et si quis contra nostrum priuilegium aliquid frangere vel machinare voluerit, regalis gracie priuetur beneficio.

Prepis u spljetskom arkivu. Mensa episcopalis.

LI. 1144. U Spljetu.

Crnota pop, daruje samostanu sv. Benedikta u Spljetu, njeku zemlju pod Kilom, sa svim svojim imutkom. Kasnije opisuju se medje darovanoga po njemu posjeda.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno igitur sacram postquam Christus carnem sumpsit ex uirgine. M (C quadra)gesimo V. (IV) per indictione vero VII. Temporibus autem regnante Geuza, Ungarie rege, atque Bellosi bani, in ciuitate nostra spalatina sedem beati Domnii regente Gaudius archiepiscopus, comitatu vero obtinente (Cerne)cha prior, hoc conscriptum, ut posteris ad memoriam fieret. Magnum est prouisionis consilium suas antea ordinare ac dispensare facultatula, (sic) prius quam metu mortis quis possit arguere. Idcirco ego Cirnota . . et quod non meis meritis sed dono gracie spiritus sancti infra sacerdotalem numerum dignatus presbiter aduocare, (corpore) sanus, et sana mente, integroque consilio, nichil in me infirmitatis vel mortis adhibens, nam (ut dixi) superius, sanus et sana mente, fretus diuino consilio, apud memet ipsum tractaui, quemadmodum debeat obseruari. H(eredita)rium vero sanctum Benedictum meis seu meorum genitorum acquisitis facere disposui. Nam pro remedio anime mee, meorumque genitorum esse credo quicquid sacrosanctis preuenimus ecclesiis. Nec abesse existimo, quod ibidem pro bona voluntate conferimus, ubi nos in perpetuo reddimus possessores. Unde hoc ordine sanctum Benedictum heredito, scilicet hereditate, que in loco, qui sclauonica lingua Pot Cilco nominatur, quam olim antecessores mei a suis antecessoribus possiderant. Denique vero ipsi pro suis animabus suorumque defunctorum in predicto monasterio perpetualiter condonauerunt. Ego autem non tantum ipsum territorium sed eciam cuncta mea vel meorum genitorum acquisita mobilia et inmobilia, empta seu donata, domos, agros, vineas, aurum vel argentum, siue cruccellas, ac me ipsum in eodem monasterio trado, tamen, ut dum diuina pietas hac in fragili vita viuere permiserit, de sepe dicto monasterio adiutis consiliis, auxiliis et sustentacionibus esse debeat. Postquam vero anima a corpore egredierit, omnia mea, vel meorum genitorum, que in potestate visa fuerint, in iam dicto monasterio perpetualiter permaneant. Insuper autem omnibus tam modernis quam et futuris sub hac voce contestor, quod in ipso territorio nullum meorum heredum aut extranea persona partem vel societatem habet, sed absque omni calumpnia alicuius persone in predicto monasterio . . meis antecessoribus, sicut supra scriptum continet, traditum esse sciatis. Ita et ego confirmo. Si quis quod absit, fretus vel infamatus diabolico spiritu, cum fraude et malo ingenio ipsam hereditatem a sepedicto monasterio abstraere voluerit, ac paginam hanc huius nostre ordinacionis violare temptauerit, habeat iram cuncta potentis dei, et maledictionem CCCX et octo sanctorum patrum et de duodecim apostolis, atque cum Juda domini proditore in infernum manci-

petur. Hec vero pagina testamenti ante presenciam nobilium virorum, seu eciam quorum cum consilio, facta est, quorum nomina nunc dicemus: in primis Nosdre, abbas sancti Stephani, Grubice Salati, qui et subdiaconus, Sabacius Tiueri, subdiaconus, Dragus Pirle, Mille Lapstici filius, Dabrana Gumai.

His ita peractis, alio igitur tempore, quidam domini, vel (nec?) supra maledictionem metuentes, immo diabolico infamati spiritu, scilicet Stephanus, suoque cum fratre Bacula proterue agentes, in nos insurrexerunt, et hereditatem quam a presbitero Cirnata, seu a suorum antecessorum in monasterio sancti Benedicti dederant, abstraere intenderunt, dicentes: illorum heredes esse. Cum quibus ante presenciam Johanni comitis, Petrus Gricine iudici, ac aliorum nobilium litigium habuimus, quos per iusta iudicia deuicimus. Judicium vero nobis taliter dederunt, ut a terra quas ipsi furtiue et absconse tenebant, fora(s) expeteremus, ac eciam frumentum earum abstulissemus, quod et ita non diu morante adimpleuimus, quia mendaci inuenti erant. Et hoc in tempore abbatisse Chazže, Sc(edin)ne vero Casarius qui et aduocatus, Micha Pradani, Gaudius Sirizi presbiter, Grubice Šungari atque Dirsko. [1]

Igitur vero, ego abbatissa Chazza, sepe preponens ad predictam hereditatem que Pot Cilco est, quem presbiter Cirnata dedit, adere, et nomina locorum unde est scr bere, quod optaui adinpleui et scripsi. In primis vero parum subtus capella, ubi eius antecessorum cadauera iacent. Ex parte occidentis inter capella et calle antiqua, et tendit sursum in parte orientis, usque ad vallem que sclauonice dicitur Tirstenic, latine vero Calamet, exinde autem sursursum (sic) in parte aquilonis ad Grippam, que est iuxta agro, in quo sunt petre, que sclauonice Brus nuncupantur. Exinde vero deorsum in valle, et de valle sursum usque ad ripam, que est parum subtus puteum, in qua sunt tres petre, una super altera, ex cacumine illius ripe, sursum ad agro, que in modum velis, qui sclauonice Jedro vocatur. Iterum a capella que supradiximus, infra eadem capella et macerie usque ad magnum arborem, et de arbore usque ad terram sancti Stephani, et de eadem terra, usque ad puteum, qui est cum dubus (sic) coronis, et de puteo sursum ad macerias et de macerias ad agro iterum qui vocatur Jedro. Hec vero omnia sicut scriptum continet, in circuitu sancti Benedicti sunt, nisi sola terra sancti Stephani, que interiacet, non est, et est terra in valle que sclauonice Cladiue nuncupatur, de una terra usque ad aliam terram in longitudine continens, et intraiacet infra terra que Godimirscina sclauonice nuncupatur, quas Budico tenet, scilicet predicta terra unum vretenum [2] et medium et vineam que est a Graniza. Et ibidem ex alia parte Cladiue, ex parte pelagi, una magnavalle, et continet usque ad excelsum saxum. Ex parte borree sunt due magne pecie de terra, quarum adiacet ex parte orientis terra sancti Johannis de fonte, et ex parte occidentis adiacet terra nobilium Spalatinorum, et ibidem subtus ipsum saxum sunt ripe non modice. Hec sunt vero nomina virorum, qui introductione et ostensione huius territorii fuerunt. In primis quoque duo nostri aduocati: Petrus, Girgutelli filius, et Vulcina Viti, archipresbiter de Cilco nomine Vilcotta, Beros qui Agimbo (a Gimbo?) premitur, Iuan, Chualis, nepos Arseni, Tollinna de Brechle, Gruban Zanici, qui est ostensor predicti territorii, Musco Jadreiz, Dragos Siloe, Milesa nepus Ozor, Rugona, filius Striani, Stephanus cum suo fratre Bacula, ibidem vero Micha Malanarate, [3] Sabacius clericus.

Suvremeni prepis na pergameni u arkivu kaludjericah sv. Marije u Zadru.

---

[1] Tkalčić je čitao: Virsa. [2] Jedan vreten ima 12 gvozdah ili klaftarah. [3] ili incola Narate?

LII. 1145.

Pop Crnota, čini oporuku na korist samostana duvnah sv. Benedikta u Spljetu.

In Christi nomine. Quod constat actum diuino iudicio non potest corumpi umano. Ideoque ego presbiter Cirnotta, recordacionem facio de territorio videlicet que (sic) est in loco qui Pod Chilco nominatur, quam olim antecessores mei a suis successoribus ipsum possederunt. Denique ipsi pro animabus suis suorumque defunctorum in monasterium sancti Benedicti perpetualiter condonauerunt. Ego autem ex parte mea prelibatum territorium in supranominato monasterio confirmo, et contestor sub ac (sic) uoce, quod in ipso territorio nullum meorum heredum aut aliquam extraneam personam abet (sic) in eam partem aut societatem, sed absque omni calumpnia alicuius persone, in supradicto monasterio a meis antecessores (sic), sicut scriptum continet, traditum esse sciatis. Si quis, quod absit, diabolico infamatus spiritu, proterue agens, cum aliqua fraude et malo ingenio ipsum territorium a sepe dicto monasterio abstraere voluerit, habeat iram cuncta potentis dei, et maledictionem CCCtorum decem et octo sanctorum patrum, et duodecim apostolis (sic) et cum Juda domini proditore mancipetur in infernum, et blasphemia sit sua premia. Hoc autem factum fuit coram diacono Grubice Salati, atque Sabacio Tiueri, qui et subdiacono. Et ego Duimus clericus suoque condiscipulo, ex iussione domini presbiteri Cirnotte, sicut audiui a suo ore, ita scripsi et testis tum.

Matica pisana na pergameni, nalazi se u pismohrani kaludjericah sv. Marije u Zadru.

LIII. 1145.

Meštar Henrik, poslanik stolice rimske, nagadja redovnike sv. Stjepana u Spljetu sa kanonici spljetske crkve sv. Dujma, poradi njekog objeda, što ga redovnici na drugi dan uzkrsa kanonikom davati dužni bijahu.

Cum uniuersorum mortalium non sit una eademque voluntas, et iam definita negotia in priorem dubitationem sepissime reducere consueuerint, inoleuit consuetudo, ut omnes contractus, siue conditiones adnotent in scriptis, ne postmodum exinde oriatur dissensio, et a tramite veritatis audientes compellat auertere. Inde est, quod ego magister Henricus apostolice sedis legatus, tempore sanctissimi Eugenii pape, et archiepiscopi Gaudii, hanc paginam de placito, quod fuit inter monachos sancti Stephani, et canonicos sancti Domnii, in nostri presentia scribi precepi. Dum autem hinc inde varie ostenderentur cause, confessus est abbas nostri predicti monasterii, cum omnibus suis monachis, quod debite tenebant dare optimum prandium canonicis sancti Domnii in secunda feria in albis pasche. Sed quoniam videbat asperum et molestum prefatis monachis, per innumerabilem hominum affluentiam, predictum prandium preparare, rogauerunt ipsi monachi ut illum domi acciperent. Tandem prefati canonici habito consilio, et nostris precibus et rogatu totius communis adquiescentes, consenserunt illud domi suscipere hoc modo: Quod omni anno debeant ipsi monachi representare canonicis L. bucellatos optimo pane, et tante quantitatis, quod quilibet eorum abundet, cuilibet clerico; et duos

optimos berbecos [1] trium annorum, et duos agnos perfectissimos, et duas galletas de bono vino. Hujus autem placiti et conuentionis sunt testes, in primis: Mirata iupanus de Cetina, Vita Jude, Dabrana Trumpani, Desa Sallone, Drago Pirle, Vlcina tribunus cognomine Pilosus, Desa, Vazaro, Perumna.

Iz pismohrane kaptola spljetskog. Farlati Illir. Sacrum T. III. p. 175.

LIV. 1145. mjeseca prosinca. U Rivoaltu.

Koprani i Ižolani u Istri, obvežuju se pomagati Mletčane, kadgod će ovieh pomorska vojska krenut proti Dubrovniku ili Jakinu.

In nomine domini nostri Jhesu Christi: Anno domini millesimo centesimo quadragesimo quinto, mense decembris, indictione nona. Riuoalto.

Hoc est capitulare et pactum, quod pepegit Almericus gastaldio et Adalperus notarius et Rantulfus iudex et populus Justinopolis, id est Caput Istrie, et cum Insula, et cum domino nostro Petro Polano, dei gratia duce Venetiarum, Dalmatie atque Croatie, et cum suis successoribus perpetualiter.

(Ostalo izostavljeno.)

Verum si dux vel suus missus iuerit per commune ad preliandum de Venetiis usque ad Ragusium, et de Venetiis usque ad Anconam, et infra easdem partes, eodem modo nos homines suprascripte Justinopolis et Insule, secundum nostrum posse, cum eis in seruitium Venetiarum ire debemus.

Iz rukopisa: Liber Albus fol. 286 i Liber Pactorum II. fol. 230 u mletačkom arkivu.

LV. 1145. mjeseca prosinca. U Puli:

Stanovnici grada Pula u Istri, obvežuju se pomagati Mletčane u ratnih poduzećih do Dubrovnika i Jakina.

Ulomak.

Verum a Ragusio usque ad Venetias, et exinde usque Anconam, si ipsi Veneti aliquam guerram increuerint, unde dominus dux cum suo comuni contra suos inimicos ire voluerit, et ille per se vel per suum missum expeditionem suam direxerit . . ita nos cum omni comuni, prompto animo ac mente fideli, in suum seruicium venire et esse debemus.

Ljubić. Listine I. 6.

[1] vervex, škopac.

LVI. 1146.

Dedomir, obvežuje se da neće više tražiti Goricu od samostana ss. Kuzme i Damjana.

In nomine domini. Anno eiusdem incarnationis millesimo CXLVI. indictione IX. in tempore Petri Pollani ducis Veneciarum, et Lampredii iadertini archiepiscopi, et Petri comitis. Ego Dedomir, ut ceteri mortales ignorancia primi peccati detentus, meum esse obtabam illud, quod non erat, querebam terram, que vulgo Goriza vocatur, a monachis sancti Damiani; postquam enim recordatus sum, quod iniuste querebam, quod michi non attinebat, vocaui abbatem Niciforium nomine coram archiepiscopo et comite et tribus iudicibus, Grube nomine, et Desinna et Fera, et multis aliis astantibus, quorum nomina subscripta sunt, et promisi me nunquam amplius pro illa terra inquietare abbatem nec aliquem, quia nec michi nec alicui meorum attinet. Hi sunt testes: Prata (ili Perta) regis iude(x) et Petrunus ex parte Sclauorum, ex alia vero parte erat Johannes filius Zanbare, filius Sluradi, et Petraza Petirzuli et Cosuto et Vitaza frater pontificis.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

LVII. 1147.

Ludovik kralj francezki i vojevoda akvitanski, javlja Sugeriju opatu bl. Dioniža, kako je sretno prispio u luke ugarske (dalmatinsko-hrvatske) i kako ga radostno dočekuju s darovi tamošnji boljari.

Ludouicus dei gratia rex Francorum et dux Aquitanorum, carissimo suo Sugerio venerabili abbati b. Dionysii salutem et sinceram dilectionem. De portis Hungarie (Dalmatie) scribimus vobis, illucusque diuino nutu recto limite procedentes, cum omni sospitate, gaudio et honore, nos et principes nostri leti peruenimus, ubique nobis auxiliante domino. Terrarum principes et ouantes occursant, et leti nos recipiunt, et libenter deseruiunt et honorant deuoti. Et in his omnibus benedicimus Domino etc.

Duchesne. Historiae Francorum Script. coaetanei. T. IV. str. 494. Wenzel. Cod. Dipl. Arpad. cont. I. p. 59.

LVIII. 1150. U Spljetu.

Gaudio nadpiskup spljetski, odustavši od zahtjevanja podpore, moli svoje svećenike, da mu za putovanje u Rim posude 50 bizantinah, zašto im zalaže četvrtinu desetine grada Spljeta.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno quidem dominice incarnationis MCL. indictione XIII hoc conscriptum (est) ut subsequitur. Ego Gaudius sancte salonitane ecclesie archiepiscopus, firmum et stabile permanere dispono: qualiter ego prenotatus archiepiscopus, causa visitationis ad curiam romanam ire volens, paupertatis necessitate aggrauatus, a clericis pro suis ecclesiis adiutorium quesiui, prefati vero clerici contra me tali modo responderunt: Quia nec tuis predeccessoribus dedimus, nec tibi, nec tuis

successoribus causa consecrationis, vel visitationis, nullo modo pro debito, vel consuetudine, nec per nos, nec per nostras ecclesias aliquid dare debemus. Et hoc bonis testibus scientibus, scilicet duo filii Carusii monachi sancti Stephani, Zuzalo et Cernecha. Ego autem una cum iudicibus, scilicet Vita Dindiculo, et Drago Pirle, atque Dabranna Trunzanni, ad cenobium sancti Stephani testes ad testimonium rogandum misimus, scilicet Lucam de Sumite, et Petrum de Manana, atque Dominicum Palcteci. Testes vero cum iuramento eis prenominatis nostris tali modo testati sunt. Quod clerici, nec per se, nec per suas ecclesias suo archiepiscopo causa consecrationis vel visitationis, neque ullo modo aliquid dare debent. Quoniam hec a patre nostro comite audiuimus, qui a nostro auo archiepiscopo Gaudio audiuit, et vidit eum euntem ad domnum apostolicum causa consecrationis cum suo proprio; et quod sibi defuit, duos proprios fornaces vendidit, et ad curiam causa consecrationis perrexit; et non tantum hoc archiepiscopus facere debet, verum etiam clericos, quos in legatione miserit, vel secum duxerit, cum expendio sue curie ducere debet. His auditis, ego Gaudio archiepiscopus, cum prescriptis iudicibus, clericos in pace dimisimus. Tum videns me ab eis de supradicta ratione conuictum, tandem eos tamquam filios et fratres rogare cepimus, ut de quinquaginta byzantiis nobis fideiussores existerent. Qui votis et petitionibus nostris fauentes, illos inde securos ac certos reddere volentes, quid in pignore dandum foret, recogitauimus. Quia igitur ipsi tum partem nostram decimarum ciuitatis cum oblatione nummorum a predecessoribus nostris, pro quodam eorum iure scilicet, quia olim archiepiscopalis curia quinque canonicis, presbytero, diacono, sacriste, acolytho, per totam hebdomadam alimenta prebere tenebatur, ne quinque, nisi tribus tantum, dominico die, exinde teneretur, concessam possidebant; nihil de curia nostra in pignore quid dare habuimus, nisi quartam partem decimarum, videlicet restaurationis, qua potiebamur, cum oblatione nummorum, quousque ipsi quinquaginta byzantii cum usuris extorqueri possent, eis tenere concessimus.

Iz pismohrane kaptola spljetskog. Farlati. Illyricum Sacr. T. III. p. 178.

LIX. 1150.

Grad Umag u Istri, obvežuje se prisegom duždi mletačkomu Dominiku Maurocenu, da će mu ostati vjeran, i pomagati ga s brodovi, kad bude mletačka mornarica udarila prema Zadru ili Jakinu.

V. Michael legatus Humaghi etc. Nos omnes de Humago iurauimus super sancta dei quatuor euangelia, fidelitatem beato Marco apostolo et euangeliste, et Dominico Mauroceno inclito duci et eius successoribus in perpetuum, sacramentum singulis ducibus renouare, et omnes Veneticos saluos et securos sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros conciues habere, et manutenere debemus, et si commune venetum stolum fecerit ad Jadram, vel ad Anconam, nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit.

Et domino duci omni anno in mense Septembris romanatos duos persoluere debemus, et eius successoribus etc.

Ego Vivianus scriptor etc. autenticum istum cum tribus sigillis, et uno sigillo de plumbo posito per prememoratum ducem vidi et exemplaui.

Priobčio mi Dr. Kandler iz Trsta.

LX. 1150.

Grad Poreč u Istri, obvežuje se Mletčanom tvrdom vjerom, da će sa svojimi brodovi priteči u pomoć kad bi udarili na Zadar ili Jakin.

Nos quidem omnes de Parentio, scilicet ego archipresbiter et Rozus gastaldio, etc. (sequuntur nomina sex civium) per communem consensum et collaudationem omnium vicinorum nostrorum, maiorum atque minorum, in presentia Dominici Mauroceni filii ducis Venetiarum et Marci Gradonici capetaneorum stoli Venetorum, et multorum sapientum et nobilium Veneticorum, in ipso stolo super sancta dei quatuor euangelia iuramus fedelitatem domino nostro Dominico Mauroceno, dei gratia gloriosissimo duci Venetie, Dalmatie atque Croatie, et totius Istrie dominatori, et eius successoribus in perpetuum, fidelitatem similiter facere et obseruare promittimus.

Beato vero Marco apostolo et euangeliste per unumquemque annum XV. libras olei ad luminaria dabimus et omnes Veneticos saluos et securos, sine omni datione in omnibus partibus, sicut nostros conciues, habere et manutenere debemus.

Domino vero duci omni anno XX anatres dare promittimus, et eius successoribus similiter, et insuper si Venetia per commune stolum fecerit ad Jadram vel ad Anconam, nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit, et a duodecim annis et super omnes fidelitatem domino duci et eius successoribus facere debemus, et sacramentum singulis ducibus renovando usque in perpetuum obseruare et adimplere promittimus.

Ego Vivianus scriptor etc. autenticum istum cum tribus sigillis cere sigillatis et uno sigillo de plumbo posito per prememoratum ducem vidi et exemplaui.

Priobčio mi Dr. Kandler iz Trsta.

LXI. 1150.

Grad Rovinj u Istri, obvežuje se tvrdom vjerom Mletčanom, da će im ostati podložan i plaćati godišnji danak.

Nos quidem omnes de Ruigno, Penzo et Bertoldus et Nodizzo etc. (sunt autem nominati circiter quindecim) per consensum omnium vicinorum nostrorum maiorum et minorum, iuramus super sancta dei quatuor euangelia, a modo in antea, obedire beato Marco et fidelissimi permanere domino nostro Dominico Mauroceno inclito duci Veneticorum, dum vixerimus, et ei, qui post eum venerit, similiter iurare et fidelitatem retinere debemus. Insuper omni anno quinque romanatos ad operam sancti Marci deliberare

debemus, et omnes Veneticos saluos et securos et sine omni datione in omnibus partibus nostris retinebimus et manutenebimus.

Ego Viuianus scriptor etc autenticum istum cum tribus sigillis cere et uno sigillo de plumbo posito per prememoratum ducem vidi et exemplaui.

Priobčio mi Dr. Kandler iz Trsta.

LXII. 1150.

Novigrad u Istri, obvežuje se Mletčanom tvrdom vjerom, da će im pripomoći sa svojimi brodovi kad bi udarili na Zadar ili Jakin.

Nos quidem omnes de ciuitate Nova, iurauimus super quatuor dei euangelia fidelitatem beato Marco apostolo et euangeliste et domino nostro Dominico Mauroceno inclito duci Venetiarum, et ejus successoribus in perpetuum similiter facere et obseruare promittimus. Beato vero Marco apostolo per unumquemque annum quadraginta libras olei ad luminaria dare promittimus Et omnes Veneticos saluos et securos sine omni datione in omnibus partibus sicut nostros conciues habere et manutenere debemus, et stolum vobiscum facere ad Jadram et Anconam, nos vobiscum stolum facere promittimus, nisi per vos remanserit.

Ego Viuianus scriptor etc. autenticum istum cum tribus sigillis cere et uno sigillo de plumbo posito per prememoratum ducem vidi et exemplaui.

Priobćio mi Dr. Kandler iz Trsta.

LXIII. 1150.

Grad Pulj u Istri, obvežuje se Mletčanom tvrdom vjerom, da će im priteći u pomoć sa svojimi brodovi, kad bi udarili na Zadar ili Jakin.

Nos quidem Andreas Deloposito (Locopositus) etc. (Hic omissa sunt in codice nomina aliorum 14 civium Polae) cum consilio episcopi nostri, omniumque nostrorum ciuium maiorum ac minorum, in persona Dominici Mauroceni filii ducis et M. Gradonici capitanei stoli Veneticorum et multorum sapientum Venetorum in ipso stolo, iurauimus fidelitatem domino Dominico Mauroceno, inclyto duci Venetiarum, eiusque successoribus in perpetuum, et iurantes iurauimus et stabilientes stabiliuimus, quod omnes nostros homines a duodecimo anno in antea, eandem fidelitatem prefato domino nostro duci facere compellemus, et omnibus successoribus eius in perpetuum, nos omnes sicut intenti fuerimus, simili modo fidelitatem facere debemus, et omnes Venetici salui et securi et sine omni datione in omnibus nostris districtibus, in mari et in terra esse debent.

Et a prima natiuitate domini, quam expectamus in antea, per unumquemque annum, duo milliaria de oleo, id est in opere sancti Marci et aliter luminariam persoluere vere debemus, et si a Medolino usque Ruignum aliquem latronem in mare senserimus, eum si possumus, capere debemus, et cum tota naui domino nostro duci mandare

debemus, et si Venetia aliquem stolum fecerit a XV. galleis et supra, unam galleam cum ligno venetico facere debemus, si nobis imperatum fuerit, et si Venetia fecerit hostem usque Jadrum vel usque Anconam, nos sicut una ciuitas eius fecerit, facere debemus. Hec omnia suprascripta usque in perpetuum adimplere promittimus.

Ego quidem Warnerius episcopus Pole, iuro supra sancta dei quatuor euangelia, quod a modo in antea consilium et auxilium dare debeam domino Dominico Mauroceno inclyto duci Venetiarum, ac eius successoribus, sine fraude et malo ingenio, ut omnia ista compleantur et a ciuibus Pole.

Iste sunt ville que iurauerunt retinere honorem beati Marci apostoli et euangeliste et obedire domino duci Venetiarum, in primis:

Medolinum, Orines, Sisanum, Azanum, Popinianum, Cipicliriones, Hermanum, Zartianum, Zisinianum, Areanum, Barbolanum, Uricranum, Quernianum, Pomarium, Tortilanum.

Ego Viuianus scriptor et notarius authenticum istud cum tribus sigillis cere sigillatum et uno sigillo de plumbo posito per prememoratum ducem vidi et exemplaui etc.

Priobčio mi Dr. Kandler.

LXIV. 1151.

Gejza II. kralj hrvatski i ugarski, ponovljuje na prošnju Trogiranah zakletvu Kolomanovu i povelju podanu po njem svim gradovom dalmatinskim.

Anno dominice incarnationis MCLI. in anno regni mei II. Ego Geysa secundus rex, secundi Bele regis filius, sceptra paterni regni, scilicet Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rameque iure hereditario optinens, iuro supra sanctam crucem vobis Tragurinis, fidelibus meis ciuibus, firmam pacem, michi et filiis meis, et successoribus tributarii ne sitis, episcopum vero et comitem, quem clerus aut populus elegerit, confirmabo, et lege antiquitus constituta vos uti permittam cum vestro iudice. Preterquam introitus portus ciuitatis de extraneis mercatoribus duas partes rex habeat, terciam vero comes ciuitatis, decimam autem episcopus. In ciuitate quoque vestra neminem Ungarorum, vel alienigenarum habitare permittam, nisi quem voluntas vestra expetierit. Cum autem ad vos coronandus, aut vobiscum regni negotia tractaturus aduenero, nemini ciuium vis inferatur domorum suarum, nisi quem dilectio vestra susceperit. At si forte aliquando dominium meum aliquem aggrauare videbitur, et alias ire voluerit, secure cum uxore, et filiis, et familia, et omnibus suis quocumque sibi placuerit, eat. Michi, aut alicui nostrorum hominum nullum persoluatur debitum. Obsides a vobis nullo modo recipiam, sed in nostri curia seruire volentibus rogam inpendam, et morandi siue discedendi ad suum velle facultatem obtineant, nullamque vobis super hoc molestiam inferam. Insuper vobis talem libertatem concedo, quod nullus homo cum sigillo vos audeat conuocare extra ciuitatem. Si aliquis per meum regnum vestrorum ciuium terra marique negotia exercuerit, michi nullum tributum persoluat. [1]

Lucius. De regn. Dalm. et Croat. Lib. VI. cap. II. Farlati Illyr. Sacr. IV. 330.

---

[1] Niti Lucić, niti Farlati nepriobčiše u cjelosti ovu listinu, koja je sada izgubljena i koju iz njihovih odlomakah u jedno sastavih. Lucić dodaje u svom djelu: „Memorie di Traù“

LXV. 1151.

Ban hrvatski Beluš spominje se u listini odmah iza kralja ugarskoga.

Diuina dispensante clementia, Geyse rege regnante, anno quo Martyrius in archiepiscopum est electus, Belo bano existente, colloquii causa regis ac totius regni cum duce Austrie habita est. Ad quod cum, ut moris est, rex cum suis proficisci voluisset, mandauit abbati sancti Martini, Raphaeli, qui eodem quoque anno in abbatem fuerat electus atque benedictus, ut absque ulla dilatione XL. ei marcas argenti examinatissimi mittere non differet. Qui cum nichil argenti se habere dixisset, Heynricus comes curialis dispensatorem abbatis nomine Ogguz accesseri fecit, et illum comminando, ut iussui regis satisfaceret, misit. Qui recedens iuit Posonium, et illic uno predio ecclesie vendito, precium, videlicet XX marcas regi obtulit. Post paulum vero abbas, quia rex predictas marcas ab ecclesia mutuo acceperat, diligenter requisiuit, et vice illius dati terram cuiusdam uduornici cum duabos solummodo mansionibus, que ouili ecclesie vicina habebatur, impetrauit, et ex precepto regis comes Heynricus huius rei prestaldum nomine Caba constituit atque dedit. Post aliquos autem dies uduornici, facto in unum conuentu, de predicta terra in festo sancti regis clamorem facientes, eam ab ecclesia distrahere laborabant. Sed abbas regem adiit, et rogauit, ut vel purum precium ecclesie redderet, vel quod dederat, forcius stabiliret. Quod et factum est. Nam rex uduornicos reppulit, et memoratam terram per manus Odonis, filii Bethleem, ecclesie perpetuo possidendam tradidit, et cautione cyrographi huius a Barnaba notario conscripti et regio signo signati firmiter sancciuit. Unde si quilibet modernorum seu futurorum aliquid demoliri voluerit, mille maledictionibus, et duplici contricione eternaliter feriatur. Amen.

Originale in Archivio Abbatiae Szentmártonensis. Monumenta Hungariae Historica. Vol. VI. Codex Diplom. Arpadianus continuetus Pestini 1860, pag. 60.

LXVII. 1151.

Deša knez dukljanski i zahumski, daruje otok Mljet monastiru sv. Marije od Pulsane, na brdu Garganu u Pulji.

Anno domini M°. C°. LI. indictione XIIII. Ego Dessa dei gratia Dioclie, Stobolie, (Serbulie) Zacholmie dux, offero, concedo, nech non delibero, insulam Melite pro remedio meorum peccatorum, venerabili monasterio sancte dei genitricis ac virginis Marie in Pulsano, quod situm est in partibus Apulie, in monte Gargano, eamque voluntarie cedo in manus quorundam monacorum eiusdem monasterii, scilicet Guilelmi Marini et Simeonis recipiencium (sic) vice domini Johelis venerabilis abbatis eorum; ut absque omni impedimento ac inquietacione Sclauorum, laborare, pascere ad utilitatem sui monasterii possint. Et si quis preter monacos sancti Benedicti laboratum habet, vel in futuro laborare insulam ipsam presumpserit; territorium, quod nobis dari solitum est, prefacto

---

str. 20. da je osim gorepriobćenoga teksta stojalo još na kraju listine: Che conferma in perpetuo tutte le possessioni situate tra monti e mari dal monasterio di s. Pietro sino alla porta oltre Smoquiza; le quali Suinimiro re di Croatia haveva concesso alli antecessori.

eorum monasterio aportet. Hoc siquidem libera mente concedo, atque affirmo coram subscriptis iupanis et setnicis meis, nec non Ragusii nobillibus, quatenus nullus nostri dominatus siue pertinentium, contra eos superbe agere presumat, seu inquietacionem inferat. Si quis autem nostrorum heredum vel successorum, hec pro nichilo duxerit, dei et duodecim apostolorum patrumque sanctorum maledictionem incurat. Ego iupanus Gerdessa testis. Ego Desimir testis. Ego setnicus Rastessa testis. Ego iupanus Grubessa testis. Ego Charilus testis. Ego Sranlanitus testis. Et ego Petrus comes Raguseorum, cum filio Gailauo, testis Ego Siluester, Auclinus, Stopaga etc. Ego Mateus notarius scripsi, et testis sum. Concessum fuit hoc prefatis monachis Gulielmo, Marino et Simeoni, tempore predicti sui abbatis domini Johelis.

Et ego . . fideliter acopiaui in verbo veritatis ut inqeni in predicto instrumento.

Et si quis hoc delebit instrumentum, deletum sit nomen eius de libro vite, et anatema sit.

Matica na pergameni u arkivu dubrovačke republike Fasc. I. br. 26.

LXVII. Oko g. 1151.

Deša veliki župan zahumski, daruje monastiru sv. Benedikta u Lokrumu crkvu sv. Pankraca i sve zemlje u Babinom polju.

† In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Desse, voluntate et disposicione dei magnus comes terre Zachulmie, fateor veritatem dicere. Venit enim abbas lacromonensis et petiit michi ecclesiam sancti Pancratii sibi et monasterio Lacromonis dare, cum omnibus terris, que in Babbina polla sunt. Ego autem amore dei et remedio anime mee, cum consilio nobilium omnium terre Zachulmie, abbati lacromonensi dictam ecclesiam sancti Pancratii in insula Melete cum omnibus terris Babbine polle tribuimus et concessimus ut habeat et possideat quiete in perpetuum. Si quis autem dicto abbati vel monasterio lacromonensi aliquod inpedimentum pro hoc nostro statuto inferre voluerit, sit inimicus tocius terre Zachulmie, et sit a deo et a beata virgine Maria et sancto Benedicto et duodecim apostolis et omnibus sanctis maledictus, et ego presbiter Millogoy in ecclesia sancti Michaelis scripsi. Amen.

U arkivu republike dubrovačke, na maloj pergameni pisano i dobro sačuvano. F. I. br. 26.

LXIII. 1152. 22. rujna. U Sieni.

Eugenio III. papa, tješi Andriju nadbiskupa dubrovačkoga radi bolesti, riešavajući ga, dok je bolestan, od dužnosti da putuje u Rim.

Eugenius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri A(ndree) ragusiensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Cognito fraternitatis tue statu per latorem presentium S. presbyterum tuum, qui ad nos domino ductore peruenit, infirmitati corporis tui debita cordis infirmitate compatimur; sed gaudemus, quia in huius ignis camino, conditor omnium dominus rubiginem dilectorum suorum expurgans, te in filiorum

suorum numero collocare dignatur. Tu vero inter hec animum ad patriam erigens exilii presentis angustiam, attentis oculis cordis excogita, et plebem dominicam regimini tuo commissam iusto exemplo et gubernare et fouere non desinas. In lucrandis animabus inuigila . . cleri rectitudinem esto sollicitus; utilitatem ecclesie iniuste perire et deteriorari nulla negligentia vel surreptione permittas, et in certis bonis operibus sacerdotali sollicitudine, ita domino largiente inuigila, ut ante tribunal eterni iudicis constitutus, fructum bone operationis, qui ad mercedem tuam pertineat, eidem redemptori nostro, in quo letari possit, exhibeas. Illud vero, unde a nobis sollicite indulgentiam postulas, scilicet, quod ex debito iuramenti apostolorum limina visitare astringeris, et graui egritudine prepeditus, id per se ipsum hactenus non potuisti efficere, tue fraternitati, ex apostolice sedis benignitate remittimus. Sed cum opportunitatem tibi clementia diuina permiserit, si per te ipsum non poteris, per tuum nuntium matrem tuam sanctam romanam ecclesiam deuotione debita studeas visitare. Quatenus nos, de tue habitudinis statu, et tu de his, que circa nos aguntur, possis prestante domino informari. De cetero pro visitatione tua fraternitati tue gratias agimus. Datum Signie X. kalendas octobris.

Iz rukopisnog bularija dubrovačkog, str. 262.

LXIX. 1153 19. prosinca. U Lateranu.

Anastazio IV. papa, podieljuje nadbiskupu dubrovačkomu Andriji, nadbiskupski plašć, i potvrdjuje povlastice dubrovačke crkve.

Anastasius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Andree regusino archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti sedis apostolice specula disponente domino constituti, fratres nostros episcopos fraterna debemus caritate diligere, et ecclesiis sibi a deo commissis paterna solicitudine prouidere. Quocirca venerabilis in Christo frater Andrea ragusine archiepiscope, tuis iustis postulationibus gratiam impertientes assensum, et predecessoris nostri felicis memorie pape Innocentii vestigiis inherentes, prefatam ecclesiam, cui deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus, confirmamusque tibi tuisque successoribus, et illibatas vobis omni tempore decernimus permanere, omnes parochias ad ius commisse tibi ecclesie pertinentes, scilicet regnum Zachulmie, regnum Seruilie, ac regnum Tribunie, ciuitatem quoque catharinensem seu Rose, buduanensem Auarorum, liciniatensem, scodrinensem, drinastinensem et polatinensem cum abbatiis, ecclesiis et parochiis suis. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona in ecclesiis, decimis, villis, colonis, prediis, agris, nemoribus, montibus, collibus, aquis, pratis, aut quibuslibet aliis rebus, diecesane vel proprietarie dispositionis titulo eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prosperante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Pallii quoque usum, pontificatus videlicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, ad missarum solemnia cebebranda, sicut antecessoribus tuis concessum fuisse dinoscitur, tibi auctoritate apostolica confirmamus. Quo his diebus tantum fraternitas tua uti meminerit, quibus antecessoribus tuis ab apostolica sede con-

stat indultum. Sane succesores tuos a nobis nostrisque successoribus consecrationis gratiam in perpetuum decernimus recepturos. Nulli ergo omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesia secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit. secundo, tertioue commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Anasthasius catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Hugo ostiensis episcopus subscripsi.
† Ego G. G. presbyter cardinalis titulo Caliati ss.
† Ego Hubaldus presbyter cardinalis titulo s. Praxedis ss.
† Ego Aribertus presb card. tit. s. Anastasie ss.
† Ego Julius presb. card. tit. s. Marcelli ss.
† Ego Guido presb. card. tit. s. Pastoris ss.
† Ego Octauianus presb. card. tit. s. Cecilie ss.
† Ego Joannes presb. Card ss. Joannis et Pauli tit. Pomachii.
† Ego Cencius presb. card. tit. s. Laurentii in Lacina ss.
† Ego Otto diaconus card. s. Georgii ad velum aureum ss.
† Ego Gregorius diaconus card. s. Angeli ss.
† Ego Joannes diaconus card. s. Sergii et Bachi. ss.
† Ego Odo diaconus card. s. Nicolai in carcere Juliano ss.

Datum Laterani per manum Rolandi s. r. e. presbiteri cardinalis et cancellarii XIV. kal. ianuarii. Indictione II. Incarnationis dominice anno MCLIII. Pontificatus vero domini Anastasii pape IV. anno primo.

Iz rukopisnog bularija dubrovačkog str. 391.

LXX. 1153. 24. prosinca. U Lateranu.

Anastazio IV. papa povladjuje postupanje dubrovčanah naprema stolici rimskoj, i odobrava izobćenje njekih biskupah i kneza kotorskoga, proglašeno po njegovom poslaniku.

Anastasius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri A(ndree) archiepiscopo et dilectis filiis P. comiti et uniuerso clero et populo Raguseorum salutem et apostolicam benedictionem.

Rediens ad apostolicam sedem dilectus filius Henricus subdiaconus noster, per quem sacrosancta romana ecclesia prouincie vestre visitationis munus intendit, plurimum nos fecit in domino iocundari, quod se a vobis, tanquam apostolice benedictionis baiulum honeste receptum asseruit, et doctrinam suam pre ceteris conprouincialibus vestris

maiori desiderio in penetralia cordium vestrorum admissam. In quo facto nobis euidenter datur intelligi, quantum, unde gaudemus et omnipotenti gratias agimus, in ecclesie unitate persistitis, et fundamentum fidei firmiter retinetis, dum beati Petri apostolorum principis et sacrosancte matris vestre romane ecclesie deuotione feruentes, legatum eius veneratione debita suscepistis, et de ore ipsius salutis monita, et verbum vite studuistis audire. Unde filii (karissimi) depenso vobis nostre salutationis alloquio, uniuersitatem vestram admonemus, et exhortamur in domino, quatenus doctrinam, quem inter vos idem filius noster ex parte saluatoris nostri domini Jesu Christi proposuit, in memoria retinentes, eidem doctrine actus et conuersationem vestram iugiter informetis, et non tantum auditores verbi, sed et factores operis existatis, ut iuxta vocem psalmiste mandata domini ad faciendum ea in memoria videamini retinere. Nos enim de omnipotentis dei pietate confidimus, quoniam, si quod nos optamus, usque ad finem in soliditate fidei catholice permanseritis, et supra dicti filii nostri doctrinam fide recta et intentione pura volueritis obseruare, omnipotens deus, qui cepit in vobis opus bonum perficiet, solidabitque, ac beatorum Petri et Pauli interuenientibus meritis ad superna celorum gaudia in die iudicii pertingetis. Ut igitur de medio vestrum omnis hesitatio auferatur, et nullus sit, qui vos a predicti filii nostri doctrina valeat remouere, nos ea, que per eum auctoritate nostra salubriter inter vos instituta noscuntur, auctoritate apostolica confirmamus, et rata et inconuulsa permanere sancimus.

Et Quoniam longum est, omnia, que vobis dicenda sunt, presenti abbreuiationi committere, depositionis et interdicti sententiam ab eo in quosdam fratrum nostrorum episcoporum, pro eo, quod vocati ad conciliuno eius accedere contempserunt, auctoritate nostra prolatam, a nobis noueritis ratam haberi, depositionis in dristinensem et dulichinensem, interdicti vero in catharinensem, excommunicationis quoque sententiam, quam in catharinensem comitem promulgauit, firmam habemus, et donec episcopum suum ecclesie vestre, sicut debet, obedire permittat, ab uniuersitate vestra precipimus obseruari. Ad hec deuotioni, quam in antedicto filio nostro nobis exhibuistis, condigne respondere volentes, nuntios vestros, quos cum eo ad sedem apostolicam destinastis, benigne recepimus, et ad eorum petitionem sufraganeis ecclesie vestre mandauimus, quatenus tibi frater archiepiscope, sicut metropolitano suo, studeant humiliter obedire. Datum Laterani VIIII kal. Januarii. (Bulla plumbea Anastasii PP. IV.)

Iz rukopisnog bularija dubrovačkog str. 5. Koletti u Illyricum Sacrum T. VI. str. 65. i T. VII. str. 151. priobči samo ulomke ovoga papinskoga pisma, i Jaffé, spominje ga kao ulomak.

LXXI. 1153. mjeseca prosinca. Na Krku.

Petar biskup krčki utemeljuje samostan sv. Benedikta na Krku.

Anno salutifere incarnacionis domini et saluatoris nostri Jesu Christi millesimo centesimo quinquagesimo tercio, indictione prima, mense decembris. Ego Petrus diuina opitulante clementia veclensis episcopus, presidens una cum fratribus nostris fratrum monasterii sancti Cipriani, et Benedicti super Padum, religiositatem viteque honestatem cognoscentes, et earum sanctissimis disciplinis nostra monasteria institui et in melius prouehi cupientes, illorum vite testimonia, quibus domino aderere possemus, penes nos

habere curauimus. Consilio igitur domini Doymi veglensis felicis comitis, et aliorum quorumdam bonorum hominum, quorum subscripta sunt nomina, nobiscum astantibus, eiusdem ecclesie aduocatis: Dedocha videlicet, et Radosclauo, tibi domino Uberto monasterii sancti Benedicti super Padum venerabili abbati, loco tuo recipientibus domino Henrico sancte romane ecclesie subdiacono, apostolice sedis tunc legato, et domno Alberto tuo monacho, pro anima nostre domine, bone memorie Marie olim nostre comitisse, ecclesiam sancti Martini tradimus, tuisque successoribus cum capella sancti Apollinaris et cum omnibus pertinentiis suis tam mobilibus quam immobilibus, quatenus hinc in antea habeatis, dominemini, possideatis, et saluo nostri episcopatus iure, quicquid in ea et ex ea volueritis, faciatis. Preterea nos nostrosque successores obligantes, ne in posterum aliqua oriatur questio, pena excommunicationis mulctamus, quod si aliquando nos vel nostri successores nobis aut vestris successoribus calumniam infecerimus, vel molestiam per nos aut per submissam personam fecerimus, iaculo anatematis perpetuo feriamur. Insuper quicumque contra fas hoc rescindere ausus fuerit, a gremio sancte matris ecclesie separantes, ut ecclesie violatorem extorrem esse censemus, predicta traditione salua et inconcussa suo iure manente.

Ego Petrus veclensis sedis episcopus subscripsi.
Ego Doymus veclensis comes subscripsi.
Ego Iuresclauus subscripsi.
Ego archipresbyter Petrus subscripsi.
Ego primicerius Johannes subscripsi.
Ego Andreas de Budimeo aduocator scribere rogaui.
Ego Johannes de Brit(er)o scribere rogaui.

Ego Dominicus Grotulus presbyter et notarius hoc exemplum exemplaui, anno domini millesimo centesimo nonagesimo nono, mensis Augusti, sub indictione secunda, ut vidi in littera domini Petri episcopi veglensis, nec minui, nec ampliaui, sed compleui et roboraui.

Illyricum Sacrum. T. V. str. 639.

LXXII. 1153. mj. prosinca. Na Krku.

Dedoka i Radoslav, zastupnici grada Mošćenice na otoku Krku, daruju redovnikom sv. Benedikta crkvu sv. Martina, s kapelom sv. Apolinara.

Anno salutifere incarnationis domini et saluatoris nostri Jesu Christi, millesimo centesimo quinquagesimo tertio, indictione prima, mense decembris. Nos Dedocha et Radoslauo de castro Muschlo, aduocati ecclesie sancti Martini et sancti Appolinaris, eius capelle de insula Vegle, cum voluntate et assensu aliorum confratrum et patronum, tibi domino Uberto monasterii sancti Benedicti super Padum venerabili abbati, loco tui recipientibus domino Henrico sancte romane ecclesie subdiacono, apostolice sedis tunc legato, et dompno Alberto tuo monacho, pro anima nostra et propter religionem tuam et honestatem, consilio domini Doymi veglensis felicis comitis, ecclesiam sancti Martini tradimus, tuisque successoribus cum capella sancti Apollinaris, et cum omnibus pertinentiis suis tam mobilibus, quam immobilibus, et possessionibus suis, que ita continentur: A

maceria vetere, que tenet unum capud in Castellare, et aliud in mare, eundo continuo usque ad maceriam, que est prope mercandam, et a maceria predicta eundo continue usque ad tres monticellos, et abbassus tribus monticellis, eundo continue usque ad lacum de Morincalo. Has autem suprascriptas ec lesias, ut dictum est, cum omnibus eorum habentiis, et pertinentiis, et adiacentiis, in vestra vestrorumque successorum damus et transactamus potestatem habendi, tenendi, dominandi, cultandi, meliorandi et in perpetuum possidendi, vel quicquid inde vobis placuerit faciendi, nullo vobis homine contradicente. Si vero unquam aliquo tempore nos vel aliquis contra hanc offercionis cartam ausus fuerit venire, vinculo anathematis perpetuo feriatur, et cum Iuda traditore domini nostri Jesu Christi perpetuo dampnetur incendio.

Ego Doymus veglensis comes subscripsi.
Ego Dedocha aduocato subscripsi.
Ego Radoslauo aduocato „
Ego Johannes presbiter „
Ego Tolizo testis „
Ego de Britero testis scribere rogaui.
Ego Andreas notarius et predicti domini legati scriba, his presens fui, et rogatus scribere scripsi.

Illyricum sacrum. T. V. str. 640.

LXXIII. Oko g. 1154. 1. prosinca.

Slavogost ban potvrdjuje monastiru sv. Benedikta u Lokrumi darovanje crkve sv. Pankraca.

Sicut enim mei predecessores et antiqui nobiles ecclesiam sancti Panchratii de Meleta cum omnibus terris dederunt monasterio sancti Benedicti, quod testificat iupanus Gerdissa cum aliis nobilibus, ita ego banus Slauagast, cum meis filiis et omnibus Zachulmie nobilibus, affirmo prephatam ecclesiam sancti Panchratii monasterio sancti Benedicti, ut quiete atque secure semper locum optineant, et absque omni impedimento possideant, et adiutorium meum semper promitto ut habeant, et contra omne impedimentum malorum hominum sint defensores et adiutores post me mei filii et omnes nobiles terre. Qui autem eis contrarium fecerit, maledictionem dei omnipotentis et sanctorum omnium habeat. Has litteras eis do in kalendis decembris meo signiculo sigillatas.

Matica na maloj podugačkoj pergameni pisana, čuva se u arkivu dubrov. Fasc. 1. N. 26.

LXXIV. 1154. 17. listopada. U Lateranu.

Anastazio IV. papa, imenuje biskupa zadarskoga nadbiskupom, podjeljujući mu plašt.

Anastasius episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Lampredio iadertino archiepiscopo eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Licet uniuersalis ecclesie pastor ac pontifex dominus noster Jhesus Christus existat, sicut per

primum apostolicum dicitur: Conuersi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. Ascensurus tamen ad celos hanc apostolis commendauit et per eos successoribus eorum, nobis silicet (sic) quos episcopos super eam pastoresque constituit, tamquam hereditario iure omnis (ipsius) prouidencie curam indulsit. Quatenus ex diuini dispensacione conscilii nati pro patribus filii, et pro eis super omnem terram principes constituti, imitatores eorum simus, sicut et ipsi Christi. Ceterum et inter beatos apostolos iuxta sancti Leonis sentenciam, in similitudine honoris quedam habita est discrecio potestatis, et quamuis omnium par esset eleccio, uni tamen datum est, ut ceteris premineret, de qua utique forma episcoporum eciam est orta distinctio, et sollicita discretione prouisum est, ne omnes sibi omnía vindicarent, sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum prima inter fratres scentencia (sic) haberetur, et rursus quidam in maioribus urbibus constituti solicitudinem eorum caperent ampliorem, per quos ad unam beati Petri sedem uniuersalis ecclesie cura conflueret, et nichil usquam a suo capite dissideret. Ad hanc siquidem constitutionem regularum paternarum et generalem formam ecclesie, postquam Dalmacia imbre superne gracie irrigata predicantibus apostolicis viris semen verbi dei suscepit, et iuxta euangelicum verbum fructum cepit reddere, tricesimum, sexagesimum et centesimum, ne pontificalis ei plenitudo deesset officii, unus ibidem qui aliis presideret, ordinatus antistes, et salonitana ciuitas, que ad hoc conuenientior videbatur, est metropolis instituta. Que nimirum huius excellenciam dignitatis per annos multos obtinuit, et tamquam prima sedes, caput est habita regionis illius, exibentibus silicet aliarum ciuitatum episcopis, salonitano antistiti, sicut metropolitano suo, plenam obedientiam, et in maioribus causis iuxta formam canonicam recurrentibus ad eius examen. Ab aliquantis vero temporibus Salona redacta in solitudinem, et in alium locum sede translata, et tam super illam (quam super) quasdam alias eiusdem prouincie ciuitates Ungaris dominium usurpantibus, et Jadera cum quibusdam aliis ciuitatibus im (sic) priori remanentibus libertate, grauis inter ipsas ciuitates est orta discensio, ut nec episcopis et hominibus quarumdam ipsarum ad metropolim suam licuerit preiminentibus causis accedere, nec ille, qui metropolitani officio fungebatur, fratres et coepiscopos suos ausus fuerit visitare. Quocirca nos, qui uniuersalis ecclesie curam, deo prout ipsi placuit disponente, suscepimus, et pro necessitate locorum et temporum nouos episcopos, nouos etiam debemus archiepiscopos constituere, ne illis urbibus, que a subiectione ac dominio Ungarorum libere remanserunt, metropolitani cura deesset, et metropolitani iudicium, dum non possent in sua, in alienis querere prouinciis cogerentur, euidenti necessitate illarum ciuitatum inspecto, de omni fratrum nostrorum consilio, te venerabilis in Christo frater Lampredi, honore pallii statuimus decorandum, et super quatuor subscriptos episcopos, archiepiscopum ordinandum, decreto quidem valituro im perpetuum, statuentes: Ut commissa tuo pontificio ciuitas iadertina perpetuis temporibus metropolis habeatur, cui nimirum absarensis, veglensis, arbensis et farensis episcopatus, tamquam sue metropoli subiacebunt, et eorum episcopi, tibi tuisque successoribus, sicut metropolitanis suis, plenam obedientiam semper impendant. Palleo itaque, plenitudine videlicet pontificalis officii insignitus, erga subiectos tuos talem te satage iugiter exibere, ut plus pensari onus regiminis, quam dignitatis excellenciam videaris, qui tamen pallio his diebus tantum uteris, qui inferius leguntur in scriptis: Natiuitate domini, in celebratione festiuitatis beate Anastasie, Epiphania, cena domini, resurectione, Ascensione, Pentecostes, in solempnitatibus beate dei genitricis, semper virginis Marie, in natalicio beatorum apostolorum Petri et Pauli,

in natiuitate beati Johannis baptiste, in festo beati Johannis euangeliste, in commemoracione omnium sanctorum, in consecracionibus ecclesiarum et episcoporum, benedictionibus abbatum, ordinationibus presbiterorum, in dedicatione ecclesie tue, in festiuitate beati Grisogoni, et in anniuersario consecrationis tue die. Studeat ergo tua fraternitas plenitudine tante dignitatis suscepta, ita strenue cuncta peragere, quatinus morum tuorum ornamenta eidem valeant couuenire. Sit vita tua subditis exemplum, ut per eam agnoscant quid apetere debeant et quid cogantur vitare. Esto discrecione precipuus, cogitacione mundus, actione purus, discretus in silentio, utilis in verbo. Cure tibi sit magis hominibus prodesse quam preesse. Non in te potestatem ordinis sed equalitatem oportet pensare condicionis. Stude, ne vita doctrinam destituat, nec rursum vite doctrina contradicat. Memento, quia ars est arcium regimen animarum. Super omnia studium tibi sit apostolice sedis decreta firmiter obseruare, eique tamquam matri et domine tue humiliter hobedire. Ecce frater in Christo karissime, inter multa alia hec sunt pallei, ista sunt sacerdotii. Que omnia facile Christo adiuuante adimplere poteris, si virtutum omnium magistram, caritatem et humilitatem habueris, et quod foris habere ostenderis, intus habebis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram constitucionem infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo, tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extrémo examine districte ulcioni omnino subiaceat. Conseruantibus autem sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud discretum iudicem premia eterne pacis inueniant. L. S.

† Ego Anastasius catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Wido diaconus ecclesie sancte Marie in porticu ss.
† Ego Cencius portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Johannes diaconus ecclesie sanctorum Sergi et Bachi ss.
† Ego G(regorius) Sabinensis egiscopus ss.
† Ego Guido presbiter cardinalis s. Grisogoni ss.
† Ego Manfredus pbr. cardinalis s. Sauine ss.
† Ego Julius pbr. cardinalis s. Marcelli ss.
† Ego Ubaldus presbiter cardinalis tt. s. crucis in Hierusalem ss.
† Ego Otauianus „ „ „ s. Cecilie. „
† Ego Astaldus „ „ „ s. Prisce. „
† Ego Johannes „ „ „ s. Siluestri et Martini. „
† Ego Johannes „ „ „ s. Johannis et Pauli Pamachii.

Datum Laterani per manum Rolandi sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii. XVI. kan. nouembris. Indictione tercia (II) Incarnacionis dominice, anno M°. C°LIIII°. pontificatus vero domini Anastasii IIII pape, anno II.

Bene Valete.

Na starijem prepisu stoji još odzdola:

Ego Petrus Sterminus presbiter et notarius hoc exemplum ut in auctenticis litteris dicti domini pape Anastasii bone memorie suo sigillo bullatis reperi, scripsi, nichilque addens vel minuens, compleui et roboraui.

Dva stara prepisa nalaze se u mletačkom arkivu dei Frari. Pacto I. charta 46. i Pacto II. charta 105. Ovu prevažnu bullu nije priobčio Farlati u Illyr. Sacr. a nebijaše poznata ni Jafféu.

LXXV. 1155. 22. veljače. U Rimu.

Adrijan IV. papa, podieljuje Henriku patriarki gradskomu i njegovim nasljednikom vlast nad zadarskom nadbiskupijom.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Enrico gradensi patriarche, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Ne passim et indiscrete sibi omnes ecclesie omnia vindicarent, consulta satis, utilique sanctorum patrum deliberatione sanxit auctoritas, ut alie alias prerogatiua dignitate excellerent, et eis tam iudicandi auctoritate, quam potestate corrigendi preessent. Super omnes autem ex superni dispositione consilii sacrosancta est romana ecclesia constituta, ad cuius examen uniuersarum ecclesiarum negotia referrentur, et cuius statuta uniuersa multitudo fidelium sequeretur. Hec nimirum ex indulto sibi a prima fundatione ecclesie a beato Petro apostolorum principe priuilegio statutum omnium ecclesiarum prouida consideratione disposuit, et quoties expedire cognouit, alias aliis ad ampliorem curam earum habendarum statuit preeminere. Inde est, quod nos honestatem ac prudentiam tuam, et deuocionis sinceritatem, quam erga sacrosanctam romanam ecclesiam semper habuisse dignosceris, attendentes, et ne commissa regimini et dispositioni tue gradensis ecclesia, que de benignitate apostolice sedis prerogatiua gaudet honoris, ex breuitate patriarchatuum inferior et abiectior valeat apud simpliciores haberi, ad ampliandam dignitatem ipsius, primatum ei super Jadertinum archiepiscopatum et episcopatus ipsius apostolica auctoritate concedimus, et tam te, quam successores tuos iadertino archiepiscopo et episcopis eius, qui pro tempore fuerint, dignitate primatus presidere statuimus, et consecrationis munus eidem archiepiscopo impertiri, romano quidem pontifici traditione pallii seruata. Ut igitur hec nostra constitutio firma in perpetuum et inconcussa permaneat, eam scripti nostri pagina communimus, et auctoritate apostolica confirmamus. Decernentes, ut nulli unquam hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et confirmationis infringere, vel ei modis quibuslibet contraire, salua in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si quis autem id attemptare presumpserit, secundo tertioue commonitus, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus subscripsi.
Ego Gregorius sabinensis ecclesie episcopus ss.
Ego Guido presbyter cardinalis tituli s. Chrysogoni ss.
Ego Hubaldus „ „ „ „ Praxedis „
Ego Manfredus „ „ „ „ Sabine „
Ego Aribertus [1] „ „ „ „ Anastasie „
Ego Julius „ „ „ „ Marcelli „
Ego Guido „ „ „ „ Pastoris „

[1] U drugom prepisu Iribertus.

Ego Astaldus [1]	presb. cardinalis	tituli	s.	Prisce ss.
Ego Gerardus [2]	„ „	„	„	Joannis [3] in Çelio monte ss.
Ego Henricus	„ „	„	„	Nerei et Achillei ss.
Ego Joannes	„ „	„	„	Syluestri et Martini ss.
Ego Guido	diaconus „	sancte		Marie in Porticu „
Ego Joannes	„ „	„		Sergii et Bachi „
Ego Gerardus [4]	„ „	„		Marie in via lata „
Ego Odo	„ „	„		Nicolai in carcere Tulliano ss.

Datum Rome apud sanctum Petrum per manum Rolandi sancte romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii, octauo kalendas Martii, indictione tertia. Incarnationis dominice, anno millesimo centesimo quinquagesimo quinto, pontificatus vero domni Adriani pape quarti, anno primo.

U mletačkom arkivu. Liber Pactorum I. Charta 55. Liber Privilegiorum u c. kr. dvorskom arkivu u Beču. Bullarium Romanum I. str. 622.

LXXVI. 1155. 24. travnja. U Rimu.

Adrijan IV. papa, priobćuje Lampridiju nadbiskupu zadarskomu i njegovim sufraganom, da je nadbiskupiju zadarsku podčinio vlasti patriarke gradskoga.

Quoniam sacrosancta romana ecclesia uniuersarum ecclesiarum caput et mater est, vel remotione obsistente terrarum, vel multiplicitate impediente negotiorum, quarumdam ecclesiarum necessitatibus non tam facile potest, ut oportet, aliquando consulere; ideo aliarum ecclesiarum, que ampliorem curam illis impenderent, super eas institutos et discretos, tum prouidos viros in partem sue sollicitudinis consueuit euocare. Huius itaque rei nos consideratione inducti, tum quia dignitatem gradensis ecclesie dignum duximus ampliare, tum quia utile vobis et temporaliter et spiritualiter esse prospeximus, habere prope vos, a quo et in dubiis magisterium, et in necessitatibus solatium recipere valeatis: venerabilem fratrem nostrum Henricum gradensem patriarcham, primatem vestrum duximus statuendum, et gradensis ecclesie dignitatem primatus, ecclesiis vestris declarauimus de cetero presidere. Ea propter, per presentia vobis scripta mandamus, quatenus eundem patriarcham, a modo primatem vestrum humiliter habeatis, et sicuti primati vestro, exhibeatis ei obedientiam, et honorem. Ad magnum quidem profectum vestrum, annuente domino pertinebit, si doctrinam eius deuoto animo receperitis, et quod salubriter ipse preceperit, prosecutione operis studueritis adimplere. Datum Rome apud sanctum Petrum. VIII. kal. maii, pontificatus nostri anno primo.

Farlati. Illyricum Sacrum T. V. p. 58.

---

[1] U drug. prep. Anastaldus. [2] U drug. prep. Guirardus. [3] S. Stephani. [4] Bernardus.

LXXVII. Oko g. 1156.—59. Dne 7. kolovoza.

Barić ban, potvrdjuje samostanu sv. Benedikta u Lokrumu darovanje crkve sv. Pankraca na Mljetu.

Quodam tempore facta est acusatio super monachos sancti Benedicti lacruminensis insule, quod iniuste possiderent ecclesiam sancti Panchracii de Meleta, coram me bano Baricio Ego cum aures meas eorum fallacibus verbis non statim accomodaui, usque dum veniret aliquis de fratribus monasterii, interea siquidem veniens dominus Vincencius abbas predicti monasterii cum quibusdam de fratribus, ostendit michi litteras idoneas atque veraces scriptas a Lotauitto protospatario, et alias litteras ab aliis nostris antiquis decessoribus, terre principibus, in quibus litteris data est dicta ecclesia sancti Panchracii prephato monasterio sancti Benedicti, eorumque sigillo perpetuo affirmata. Unde ego banus Baricius, cum filiis meis, atque propinquis, quoram (sic) huniuerso populo terre mee, cum magno gaudio affirmo eandem ecclesiam de Babina polhla, que est in Meleta, cum omnibus terris et planicie monasterio sancti Benedicti, his litteris domino Vincentio eiusdem monasterii abbati datis, et sigillo meo signatis, ut sine omni impedimento possideant et secure optineant. Ego et filii mei defensores et protectores atque adiutores eorum omni tempore esse volumus. Quicumque autem eis contrarium fecerit, malediccionem et iram dei super se concitet, eiusque ulcione et iudicio cum improbis dampnetur.

Data in . . mense augusto in die septima.

Svana: De ecclesia sancti Panchratii facta a bano baricio.

Matica pisana na maloj pergameni, čuva se u okružnom arkivu dubrovačkom fasc. I. br. 26. U Illyr. Sacr. T. VI. p. 79. pogriešno priobćena.

LXXVIII. 1157. 13. lipnja. U Lateranu.

Adrijan IV. papa, potvrdjujući povlastice crkve gradske, podaje joj primat nad zadarskom nadbiskupijom.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Henrico gradensi patriarche, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Apostolice officium dignitatis et credite nobis dispensationis debitum utiliter exequi comprobamur, cum collatam unicuique ecclesie dignitatem prouida solicitudine custodimus, et singulis ecclesiis iura sua illibata studemus et integra conseruare. Sicut enim nulli, ultra quam mereatur, aliquid extra sede apostolica fauore gratie concedendum, ita nemini quod sui iuris esse dinoscitur, a nobis est ullatenus denegandum. Quanto itaque maiori est prerogatiua superne respectu gratie sublimatus, tanto solicitius tibi est adtendendum, ut in corrigendis subditis plus apud te possit ratio, quam potestas, atque te boni dulcem, mali vero pium sentiant correctorem, personas diligas, et subiectorum vitia persequaris, ne si aliter agere forte volueris, transeat in crudelitatem correctio, et perdas quos desideras emendare, sicque vulnus debes abscidere, ut non possis, quod sanum est ulcerare, ne si ferrum, plus quam res exigit inprimatur, noceat cui prodesse festinas, sed sic alterum candiatur ex altero, quatenus et boni habeant amando quod caueant, et mali metuendo quod diligant. Quapropter venerabilis in Christo frater Henrice patriarcha, tuis postula-

tionibus grato concurrentes assensu, Gradensem ecclesiam, cui auctore deo preesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Igitur predecessorum nostrorum felicis memorie Pelagii, Alexandri, Vrbani secundi et Adriani vestigiis inherentes, illius precipue constitutionis tenorem seruantes, quam predecessor noster Leo nonus papa sanctissimus, et sinodali iuditio, et priuilegii pagina confirmauit, tibi tuisque successoribus canonice substituendis, patriarchalem concedimus dignitatem et magisterium Gradensis ecclesie gerendum, in his tantum finibus confirmamus, qui per supradictos predecessores nostros eidem noscuntur ecclesie constituti. Crucem quoque ante te ferendam esse concedimus, nisi cum Rome fueris, aut in presentia vel comitatu romani pontificis, palleum etiam, plenitudinem videlicet pontificalis officii, fraternitati tue et apostolice sedis liberalitate largimur. Quo intra ecclesiam tuam ad missarum solempnia celebranda uti memineris eis diebus, quibus predecessores tuos non ambigimus usos fuisse; videlicet in natiuitate domini, epiphania, ypopanti, tribus festiuitatibus sancte Marie, coena domini, sabbato sancto, ressurrectione domini, ascensione, pentecoste, in natalitio sancti Johannis Baptiste, et omnium apostolorum, in festiuitatibus quoque sancti Marci, sancti prothomartyris Stephani, sancti Laurentii, sancti Martini, in solempnitate omnium sanctorum, et principalibus ecclesie tue festiuitatibus, nec non in ecclesiarum, episcoporum, et ceterorum clericorum consecrationibus, et anniuersario consecrationis tue die. Preterea ne commissa reginimi et dispositioni tue, prefata gradensis ecclesia, que de benignitate apostolice sedis prerogatina gaudeat honoris, ex breuitate patriarchatus, inferior et abiectior valeat apud simpliciores haberi, et ad ampliandam dignitatem ipsius, primatum ei super Jadertinum archiepiscopatum et episcopatus ipsius, apostolica auctoritate concedimus, et tam te, quam successores tuos iadertino archiepiscopo et episcopis eius, qui pro tempore fuerint, dignitate primatus presidere statuimus, et consecrationis munus eidem archiepiscopo impertiri. Romano quidem pontifici traditione pallii reseruata. Statuimus etiam, ut quecumque bona, quascumque possessiones eadem gradensis ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Porro ecclesiam a religiosis viris ipsi gradensi ecclesie oblatas, per episcopatum tuum constitutas, tibi tuisque successoribus libere confirmamus, ita ut nulli episcopo liceat absque tuo assensu in eis consecrationes celebrare, aut sacerdotibus in eisdem domino seruentibus, donec in locis ipsis fuerint, diuina officia prohibere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura. Salua in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futuro ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam, sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundo tercioue commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine dei, et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus.
Ego Imarus tusculanus episcopus.
Ego Cintius portuensis et sancte Rufine episcopus
Ego Guido presbiter cardinalis s. Chrisogoni subscripsi.
Ego Ubaldus „ „ tituli sancti Praxedis ss.
Ego Manfredus „ „ „ „ Sauine subscripsi.
Ego Julius „ „ „ „ Marcelli subscripsi.
Ego Hobaldus „ „ „ „ Crucis in Hierusalem.
Ego Octauianus „ „ „ „ Cecilie.
Ego Girardus „ „ „ „ Stephani in Celio monte.
Ego Joannes „ „ „ „ Joannis et Pauli tituli Pamachi subscripsi.
Ego Henricus „ „ „ „ Nerei et Achillei.
Ego Joannes „ „ „ „ Siluestri et Martini.
Ego Ildebrandus „ „ „ „ Basilee duodecim apostolorum.
Ego Gregorius sabinensis episcopus subscripsi.
Ego Odo diaconus cardinalis s. Georgii ad velum aureum subscripsi.
Ego Guido „ „ „ Marie in Aquiro. „
Ego Odo „ „ „ Nicolai in carcere Tuliano „
Ego Jacintus „ „ „ Marie in Cosmedin. „
Ego Bonadicus „ „ Angeli „
Ego Boso „ „ „ Cosme et Damiani „
Ego Albertus „ „ „ Adriani „

Datum Laterani per manum Rolandi s. romane ecc. presb. card. et cancellarii, idibus iunii, indictione quinta. Incarnationis dominice millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Pontificatus vero domini Adriani pape quarti, anno tertio.

Iz rukopisa c. kr. dvorskog arkiva u Beču. Liber Commemorabilium, T. I. str. 94. Bullarium Romanum II. str. 647.

LXXIX. 1158. 4. srpnja. U Lateranu.

Adrijan IV. papa, podieljuje Tribunu nadbiskupu dubrovačkomu nadbiskupski plašt, potvrdjujući povlastice njegove crkve.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Tribuno ragusino archiepiscopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In apostolice sedis specula, disponente domino constituti, fratres nostros episcopos fraterna debemus caritate diligere, et eorum quieti ac tranquilitati salubriter auxiliante domino prouidere. Ea propter, venerabilis in Christo frater Tribune ragusine archiepiscope, tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, et predecessorum nostrorum felicis memorie pape Innocentii, atque Anastasii vestigiis inherentes, prefatam ecclesiam, cui deo auctore preesse dignosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Confirmamus tibi tuisque successoribus, et illibatas vobis omni tempore decernimus permanere omnes parochias ad ius commisse tibi ecclesie pertinentes,

scilicet regnum Zachulmie, regnum Seruilie, et regnum Tribunie, ciuitatem quoque catharinensem seu Rose, buduanicensem Auarorum, [1] liciniatensem, scodrinensem, driuastinensem et polatinensem cum abbatiis, ecclesiis et parochiis suis. Preterea quascunque possessiones, quecumque bona in ecclesiis, decimis, villis, colonis, prediis, agris, nemoribus montibus, collibus, aquis, pratis, aut quibuslibet aliis rebus diocesane aut proprietarie dispositionis titulo eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concèssione pontificum, largitione regum et principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Pallii quoque usum, pontificalis videlicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, ad missarum solempnia celebranda, sicut antecessoribus tuis concessum fuisse dinoscitur, et in festiuitate beati Blasii, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus, quo hiis diebus tantum, adiuncto festo beati Blasii, fraternitas tua uti meminerit, quibus antecessoribus tuis ab apostolica sede constat indultum. Sane successores tuos a nobis nostrisque successoribus consecrationis gratia in perpetuum decernimus recepturos. Nulli ergo omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia illibata et integra conseruentur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimi corporis ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premium eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbyter cardinalis titulo s. Praxedis ss.
† Ego Julius presb. card. tit. s. Marcelli ss.
† Ego Vbaldus presb. card. tit. s. Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Idelbrandus presb. card. basilice XII. apostolorum ss.
† Ego Joannes presb. eard. tit. s. Anastasii ss.
† Ego Alb rtus presb. card. tit. ss. Laurentii et Lucie ss.
† Ego Guilelmus presb card. tit. s. Petri ad Vincula ss.
† Ego Oddo diaconus card. s. Georgii ad velum aureum ss.
† Ego Boso diac. card. ss. Cosme et Damiani ss.
† Ego Cinthius diac. card. ss. Adriani ss.
† Ego Raimundus diac. card. s. Marie in via lata ss.

Datum Laterani per manum Rolandi sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, IIII. nonas Julii, indictione VII. anno MCLVIII. Pontificatus vero domini Adriani pape IIII. anno IIII. (pendet Bulla plumbea.)

Iz rukopisnog bularija dubrovačkog str. 424. U Illyricum Sacrum pogriešno priobćena T. VI. str. 79.

---

[1] **Farlati pridaje još: Ulcinatiensem sive olchiniensem.**

LXXX. 1158.

Gejza II. kralj hrvatski i ugarski, daruje nadbiskupiji spljetskoj selo Srenina, potvrdjujući darovanja velikog župana hrvatskog Branimira.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Ego Geyza dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rameque dux (Rex), do et confirmo beato Dompnio, et tibi Gaudio archiepiscopo spalatensi etc. villam, que vocatur Srenina, cum pratis, syluis, pascuis, nemoribus et aquimoliis, et omnibus aliis suis pertinentiis, incipiendo a Mazera, que vocatur Zavala, iuxta torrentem nominatum Potocha, et versus partem aquilonarem ad rupes proximioris montis, et inde versus orientem recto tramite per Stinizam, in longum ad magnas macerias, que dicuntur sclavice: Gomille lipe, et inde ad meridianam plagam ad aquam, que vocatur Brisnich, deinde ad lapidem cum cruce sculptum, et ad alium montem Zavale; omnes quoque villas, terras et possessiones, quas Branimir Dux Chroatorum et sui progenitores donauerunt beato Dompnio, vel confirmauerunt, simul cum predicta villa Srenine, cum seruis et ancillis, quos et quas ab antiquo ecclesia sancti Dompnii habuit in ipsis villis, terris et possessionibus, et filios et filias eorumdem do et confirmo perpetuo possidendum, decernens auctoritate regia, ut non liceat alieni bano, principi, comiti, et aliis meis ministris, ipsum archiepiscopum et eius ecclesiam in prefata donatione et confirmatione molestare, inquietare, vel defraudare. Quicumque huius mee donationis et confirmationis paginam violare presumpserit, iram omnipotentis dei, et regiam indignationem incurrat, et ipsa donatio et confirmatio suum robur obtineat perpetue firmitatis. Data per manus Barnaba aule regie cancellarii, in presentia Luce archiepiscopi, et Arpe bani et aliorum principum. Anno incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octauo.

Iz pismohrane nadbiskupije spljetske. Farlati Illyricum Sacrum T. III. p. 178. Farlati ima na početku listine sljedeće:

In Christi nomine Amen. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii regalis, muniti appensione cuiusdam sigilli magni rotundi super appensiua membrana, in quo quidem sigillo sculpta est regalis imago, sedens in throno, habens in manu dextera quoddam lilium superpositum, et in manu sinistra quamdam sculpturam rotundam, cum cruce; et sculptae sunt hae litterae circum circa cruce praeposita: Geyza dei gratia Hungarie Dalmatie Chroatie Rameque Dux (Rex).

LXXXI. Oko g. 1158. U Tninu.

Geiza II. kralj hrvatski i ugarski, daruje nadbiskupiji spljetskoj crkvu sv. Bartola u Tninu, i samostane sv. Stjepana i Mojsije u Solinu, sa svimi pristojališći.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Ego Geyza dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex, do et confirmo beato Domnio, et tibi Gaudio archiepiscopo, fideli nostro, pro anima mea et parentum meorum, ecclesiam sancti Bartholomei de Tino, cum omnibus pertinentiis suis, et monasterium sancti Stephani et sancti Moysi de Salona cum omnibus pertinentiis ipsorum, auctoritate regia decernens, ut non

licet alicui hominum, bano, principi, comiti, seu cuilibet ministrorum nostrorum ipsam ecclesiam, siue archiepiscopum ipsius de prefata donatione molestare, inquietare, minuere vel defraudare. Quicumque vero hujus mee donationis paginam violare presumpserit, iram omnipotentis dei et regiam indignationem incurrat, et ipsa donatio nihilominus suum robur obtineat. Datum per manum Barnabe aule regie cancellarii, in presentia Luce archiepiscopi, et Arpe bani et aliorum principum. Anno incarnationis Christi millesimo, centesimo, quinquagesimo octauo.

Iz pismohrane nadbiskupije spljetske. Farlati Illry. Sacrum T. III. p. 179.

LXXXII. Oko g. 1160.

Absolon, nadbiskup spljetski, ostavivši radi njekih progonah svoju stolicu, piše svojim svećenikom i puku spljetskomu, neka pošalju po njega poslanike ako žele da se vrati.

A(bsolon) dei gratia spalatensis ecclesie humilis minister, spalatensi clero et populo salutem, et paternam benedictionem. Filii dilectissimi, mallem inter vos morari propter sancta corpora beati Domnii et Anastasii, quam alibi in diuitiis. Audiuimus enim quod minamini nobis sine nostra culpa. Scitis enim in presentia vestra, quam coram legato regis, qualiter Marcutius comes contra dominum, quam in nos insaniuit, idcirco quia iustitiam meam querebam, relatum est hoc regi, quam duci, et toti regno. Unde valde indignati fuerunt, et quia ego in presentia regis fui interrogatus, voluit, noluit, oportuit me dicere. At tum tantum rogaui regem, quam ducem, quod condonauerit sibi, et cum gratia circa regem moratur, et cum honore Spalatum redibit. At tum hoc mando vobis, si placeat vobis paternitas nostra, et honor ecclesie vestre, aliquem de nostris clericis ad nos mittetis. Hoc rex et banus audientes, maiores grates vobis referent. Quod si non feceritis, nos quidem per gratiam regis quam ducis in Dalmachia erimus, ut pater et dominus S. quia ecclesia vestra sine pastore sedebit, peccatum vobis erit. Satisne vobis precipimus. Mittite nobis incensum pro romanato emptum. Nos vero cum consilio regis et ducis mittimus inter vos Joannem comitem nostrum, causa vos visitandi, et ut emat nobis oleum et bonum vinum, quam vos, fili karissimi, clerici et laici, iuuate eum quantum potestis. Joannes qui peregrinus est, gratia dei et regis magno honore nobiscum moratur, qui pro pascha nobiscum redibit. De cetero valete.

Iz pismohrane nadbiskupije spljetske. Farlati Illyr. Sacrum T. III. p. 180.

LXXXIII. 1161. 13. lipnja. U Rimu.

Aleksandro III. papa, uzimajući pod svoju zaštitu crkvu gradsku, potvrdjuje njezin posjed i njezina prava, te podjeljuje Henriku patriarki gradskomu nadbiskupski krst i plašt, zajedno s primatom zadarske nadbiskupije. (Apostolicum Officium etc.)

Jaffe! Regesta Pont. Rom. p. 683.

LXXXIV. 1161. 2. srpnja. U Ferentinu.

Aleksandro III. papa, naimenovavši biskupa narnienskoga nadbiskupom spljetskim, preporuča ga svećenstvu i puku spljetskomu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis uniuerso clero, et populo salonitano salutem et apostolicam benedictionem. Illa deuotionis sinceritas, et puritatis constantia, quam circa matrem vestram sacrosanctam romanam ecclesiam et personam nostram habetis, in hoc euidenter apparet, quod venerabilem fratrem nostrum Julium prenestinum episcopum et dilectum filium nostrum Petrum s. Eustachii diaconum cardinalem, sicut ipsi idem nobis insinuarunt, benigne recipere et honeste curastis pertractare. Pro tanto igitur charitatis feruore et fidei constantia, gratiarum vobis actiones persoluentes, et sincera in Christi visceribus charitate vos diligentes, P. abbatem s. Stephani F. O. et VV. nuncios vestros, debita benignitate suscipimus, et ad petitionem illorum super electione vobis et ecclesie vestre volentes utiliter prouidere, venerabilem fratrem nostrum quondam narniensem episcopum, virum siquidem litteratum, honestum, prouidum, et discretum, in archiepiscopum vobis concessimus et patrem spiritualem, atque animarum vestrarum pastorem duximus statuendum; ad plenitudinem pontificalis officii ostendendam ei pallium de beati Petri corpore sumptum exhibentes, ut per eius sollicitudinem et prouidentiam spiritualibus et temporalibus valeatis proficere incrementis. Illum itaque cum gratia sedis apostolice ac nostra, et cum sui officii plenitudine ad vos et ad commissam sibi ecclesiam ducente domino venientem, uniuersitati vestre duximus attentius commendandum; per apostolica scripta vobis precipiendo mandamus, quatenus eum benigne ac reverenter recipiatis, et debitam ei obedientiam tamquam archiepiscopo vestro impendatis humiliter et honorem; decimas et alia, que de jure parochiali ipsum contingunt, illi sine contradictione aliqua persoluentes. Sane si in eius obedientia humiliter permanseritis et ipsius saluberrimis monitis acquiescere volueritis, vos et ecclesia vestra, sicut credimus et speramus, spiritualiter et temporaliter suscipietis auxiliante domino incrementum. Si quis autem vestrum aduersus eum contumax inuentus fuerit, vel rebellis, sententiam, quam idem archiepiscopus in illum propter hoc canonice promulgauerit, nos auctore deo ratam et firmam habebimus. Data Ferentini VI. nonas Julii.

Farlati Illyr. Sacrum T. III. p. 183. Ughelli. Italia sacra I. 1015.

LXXXV. 1161. 1. rujna. U Ferentinu.

Aleksandro III. papa, nalaže nadbiskupu spljetskomu, neka gleda da se biskup Hrvatah, i biskup trogirski, svojih častih odreknu, ili od biskupske stolice uklone.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri P(etro) salonitano archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Pater et predecessor noster pie recordationis Eugenius (III) papa . . in V. quondam Chroatensem episcopum, pro eo, quod cum uno solo archiepiscopo, nullo alio presente episcopo, contra sacros canones alium presumpsit, non dicimus consecrare, sed potius execrare, et in eum, qui ab eis est consecratus, depositionis sententiam promulgauit. Is videlicet V. contra eiusdem pre-

decessoris nostri mandata diuina non veretur officia celebrare. Nos vero sententiam ipsam, sicut est rationabiliter promulgata, ratam et firmam habentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus predictum V. diligenter commoneas, ut de tanta presumptione condignam satisfactionem exhibeat, et contra tenorem eiusdem sententie non presumat aliquid attemptare. Si vero admonitioni tue parere contempserit, in ipsum excommunicationis sententiam proferas et ecclesiam cui incubare presumit, interdicto supponas. De cetero sicut ex relatione dilecti filii nostri P(etri) sancti Eustachii diaconi cardinalis, et quorumdam aliorum accepimus, quidam P. nomine necdum tonsuratus, cum adhuc esset duodennis, neque de legitimo natus coniugio, per laicorum potentiam, traguriensem episcopatum inuasit, et in anime sue periculum eidem episcopatui contra canonicas sanctiones incubare non cessat. Unde presentium auctoritate litterarum tibi mandamus, ut huius negotii veritatem diligenter inquirens, si ita esse contigerit, prout superius notatum est, omni excusatione et dilatione remota, prenominatum P. exinde amouere, et sub plena ecclesiastice severitatis illum a sua presumptione cessare compellas. Datum Ferentini VI. nonas septembris.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. p. 184.

LXXXVI. 1162. 8. lipnja. U Viterbu.

Aleksandro III. papa, čuvši od nadbiskupa spljetskog, kako Spljetćani načiniše zakon, da u napred od negibivih dobarah nitko ništa crkvi darovati, ili prodati nesmie; nalaže nadbiskupu zadarskom, neka Spljetćane, ako ne drugačje a to prokletsvom natjera, da od rečenoga zakona odustanu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Lampridio archiepiscopo iadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris nostri Absalonis archiepiscopi spalatensis fuit propositum coram nobis, quod ciues spalatenses statuerunt, ut nulli de ciuitate ipsorum liceat aliquas possessiones, vel bona immobilia ecclesie alicui donare, vendere seu legare, se ad obseruationem statuti huiusmodi iuramenti vinculo obstringentes, in animarum suarum periculum, et derogationem non modicam ecclesiastice libertatis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si ita est, Potestatem, Consilium, et Communem ciuitatis ejusdem, quod huiusmodi statutum, iuramento non obstante predicto, penitus revocantes illud de . . vel simile in eis de cetero nullatenus rescripturi monitione premissa, per excommunicationem in officiales ipsius ciuitatis, et in eamdem ciuitatem interdicti sententia, appellatione remota, compellas. Non obstante aliqua indulgentia eisdem Potestati, Consilio et Communi ab apostolica sede concessa. per quam attribute tibi iurisdictionis explicatio impediri valeat, vel etiam retardari. Datum Viterbe V. idus iunii, pontificatus nostri anno tertio. [1]

Farlati Illyricum Sacrum. T. III. p. 181.

---

[1] Farlati je mislio, da bi imalo stojati: primo, jer se spominje bivši nadbiskup Absolon, ali pismo papinsko negovori o njemu kao sjedećemu još na stolici, budući da se rieč fuit proteže na prošasto vrieme.

LXXXVII. 1163. 3. Kolovoza. U Mletcih.

Vital Michael dužd mletački, podieljuje knezovom Bartolu i Gvidonu, sinovom Dujmovim, uz- njeke uvjete otok Krk doživotno.

In nomine domini dei et saluatoris Jesu Christi. Anno domini millesimo centesimo (sexagesimo tertio), tertio mensis augusti, indictione XI. Quanto queque maioris negotii esse probantur, tanto propensiori studio debent per scripturam memorie annotari, ne decursus temporum tollat, quod innocentia et bone opinionis intentio efficere studuit. Qua propter nos quidem Vitalis Michael, dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie dux, cum iudicibus et electis sapientibus atque totius populi collaudatione seu confirmatione, utilitati Venetiarum et saluti diligenter consulentes, comitatum veglensem, post discessum comitis Doimi vacantem, ordinare decreuimus ad honorem et profectum communis Venetiarum. Et quoniam te Bartholomeum atque Guidonem fratrem tuum, filios predicti comitis Doimi, tales fore nouimus, qui comitatum veglensem prudenter regere atque tueri potestis; idcirco ipsum comitatum, et totam insulam vobis ambobus fratribus tempore vite vestre damus, concedimus, atque transactamus, et illi de vobis, qui superuixerit, tali modo et pacto, quali predictus pater vester habuit tempore predecessorum nostrorum bone memorie ducum, videlicet Dominici Michaelis, Petri Polani, Dominici Mauroceni, et tempore nostri per nostrum priuilegium confirmatum, cum omnibus redditibus, sicut pater vester habuit, ut omnia integra et illibata habeatis, et potestatiue cuncta vendicatis vobis, preter barchas Veglensium, quas nolumus ut oneretis, neque asinos vel iumenta illorum volumus ut per vim auferatis, canistrum quoque uuarum per vineas illorum non tollatis. Ista quatuor omnino prohibemus ne faciatis. Cetera sicut diximus, licenter habeatis sine contradictione et sine omni diminutione, angerias nostras quotiens opus fuerit, sicut tempore predictorum ducum et nostro, veglenses communiter faciant. Legatos nostros excipietis et honorabiliter cum propriis vestris expensis illos procurabitis, sine ciuium vestrorum requisitione. Singulis vero annis in festo sancti Michaelis pro ipso comitatu et insula atque redditibus illorum trecentos quinquaginta romanatos nostri communi persoluere debetis. Insuper etiam ipsam insulam ab omnibus inimicis venetis, sine nostro adiutorio, sine fraude defendere debeatis, exceptis coronatis personis, et illorum exercitu, si verum constiterit, quod super ipsam insulam veniant. Hec omnia nobis obseruare debeatis, aut ambo simul, aut alter de vobis qui superuixerit. Nos vero cuncta vobis integra et illibata cum nostris successoribus conseruare sine diminutione debemus, conseruantibus nobis ea, que superius dicta sunt, et que continebuntur in promissione charte, quam proinde nobis facturi estis. Quod si non obseruauerimus vobis cuncta eo modo ut superius legitur, tunc cum successoribus nostris vobis et vestris heredibus emendare debeamus auri obrizi libras decem; et hec concessionis charta in sua permaneat firmitate. Ut nostra tamen regalia per omnia sint salua ad veniendum in nostram potestatem.

Ego Vitalis Michael dei gratia dux, manu mea subscripsi.

Ego Sebastianus Ziani iudex, manu mea subscripsi.

Ego Aurio Mastropetro „ „ „ „

Ego Vitalis Dandulo index manu mea subscripsi.
Ego Joannes Nauigaioso " " "
Ego Ananias Quirinus " " "
Ego Leonardus Fradelo " " "
Ego Philippus Julianus " " "
Ego Petrus Vilioni. " " "
Ego Rainerio Batiauro " " "
Ego Marinus Michael " " "
Ego Engelpetro Maurocenus " " "
Ego Craton Dandulo " " "
Ego Dominicus Celso " " "
Ego Ocho Jantani " " "
Ego Amadeo Pollani " " "
Ego Marcus da Canale " " "
Ego Stefanus Mazamanus " " "
Ego Jacobus Contarenus " " "
Ego Marcus Aurio " " "
Ego Dominicus Barozi " " "
Ego Dominicus Sanudo " " "
Ego Andreas Geno " " "
Ego Petrus Faletrus " " "
Ego Joannes Pantaleo " " "
Ego Dominicus Concoreoni " " "
Ego Petrus Barozi " " "
Ego Petrus Carosus " " "
Ego Joannes Regini " " "
Ego Vitalis Michael " " "
Ego Bonoflio Enlongo " " "
Ego Andreas Dontodero " " "
Ego Tribunus Barozi " " "
Ego Vitalis Basilio " " "
Ego Henricus Navigaioso " " "
Ego Joannes Cornario " " "
Ego Joannes Dandulo " " "
Ego Henricus Dauro " " "
Ego Petrus Antolinus " " "
Ego Marcus Ledi " " "
Ego Matheus Cabriel " " "
Ego Pangratius Vitaliano " " "
Ego Jacobus Basilio " " "
Ego Petrus Boldu " " "
Ego Michael Barzegeso " " "
Ego Vitalis Gradenigo " " "
Ego Andreas Boldu " " "
Ego Dominicus venerius diaconus et notarius compleui et roboraui.

Ego Jacobus Lambadus sancte Sophie plebanus, presbiter et notarius, sicut vidi in matre, ita testor in filia.

Ego Petrus Michael iudex vidi in matre, testis sum in filia.

U Arkivu Mletačkom dei Frari. Libri Comm. XVI. 165.

LXXXVIII. 1163.

Stjepan III. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje crkvi spljetskoj sva ona prava i darovanja, koja joj učini otac mu Gejza.

In nomine sancte et indiuidue unitatis. Ego Stephanus domini regis Geize filius, dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex, una cum domina regina matre mea, et principibus meis, confirmo beato Domnio, et tibi Petro archiepiscopo fideli nostro, preceptionem et subiectionem, quam fecit illustris pater noster omnibus episcopis per Dalmatiam constitutis, et omnes parochias, quas predecessores tui tenuerunt, et maxime parochiam Corbauie, Buçani, Plasi, et Vallis vinarie, Modrusse, Novigradi, capellam etiam sancti Stephani et sancti Moysi de Salona, cum omnibus ad eas pertinentibus, quas pater noster rex Geyza concessit eidem ecclesie sancti Domnii, auctoritate regia confirmamus, precipientes, ut non liceat alicui hominum, bano, principi, comiti, siue cuilibet ministrorum nostrorum, ipsam ecclesiam, siue archiepiscopum ipsius, de prefata subiectione et preceptione facta episcopis, siue de predictis rebus molestare, inquietare, minuere, vel defraudare. Quicumque vero hujus nostre confirmationis paginam violare presumpserit, iram omnipotentis dei, et nostram indignationem incurrat, paterna donatione et preceptione, confirmatione quoque nostra, nihilominus suum robur obtinentibus. Datum per manum Stephani cancellarii domine regine, capellani in parochia Tituli, in presentia episcoporum: Rodani nonensis, Lampridii scardonensis, et Dede chroatiensis, in presentia comitum: Martini spalatensis, et Gregorii Sclouinie filii, et Cotromani, secundo anno regni nostri, anno incarnationis Christi millesimo centesimo sexagesimo tertio.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. p. 184.

LXXXIX 1163. U Ostrogonu.

Stjepan III. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje sud Beluša bana, kojim bijaše ovaj Bernardu biskupu zagrebačkomu dopitao šumu Dubravu, dar kralja Ladislava, koju htjede posvojit za vladanja Gejzina, župan Nikola i njeki plemići šumedjke županije.

Ego Stephanus, inspirante diuina gracia, paterna insignitus dignitate, pro cunctis negociis ecclesie sancte dei prouidens, que sanctis patribus statuta membris Sathane destructa reperio, emendare non differo. In nomine itaque sancte et indiuidue trinitatis, que prior Ladislaus rex gloriosissimus et secundus Bela rex, felicis memorie pater meus et dominus, zagrabiensi ecclesie contulerant, et coram principibus suis sigillis confirmauerant, omnia predicte ecclesie et siluam Dembron cum terra ei appendente, quam Sudegna auferre conatus, concedo. Huius litigii Belus banus iudex exstitit, in quo

litigio Bernaldus, episcopus predicte ecclesie, suique iobagiones: Yssa, Petrus, Cosmas, predictam siluam cum terra a Ladislao datam fuisse, et in tempore Bele regis in litigio positi, per pristaldum Marcellum recuperauisse dicebant. Iterum autem tempore gloriosissimi regis Geyce, Nicolaus comes, filius Pauli, et iobagiones sumugiensis castri, Cicigna, Johannes, Marascelau, vim inferentes predicte ecclesie, terram cum silua ei abstulerunt et violenter usque ad tempus Ladislai secundi tenuerunt. Hanc iniuriam passam ecclesiam fuisse Bernaldus episcopus suique iobagiones clamabant. Tunc Belus banus rem querens iustificare iudicauit, si prenominati hostes ecclesie, Marcellum fuisse pristaldum, comprobare possent, eis terra cum silua remaneret. Sed quoniam hoc probare non potuerunt, iniusti remanserunt; et ecclesie, ut iustum erat, terra cum silua redita est. Insuper episcopo Belus banus dedit pristaldum Lepoldum, filium Petri, ut sicut tempore Bele regis Marcellus pristaldus predictam terram cum silua reddiderat, ita et iste per easdem metas circumiens, per pontem Colomagni regis, et ibidem signa, que in cortice arborum sunt, renouaret, et per vias Garig usque ad aquam Pissenca, et terram cum silua et villis istis: Chitamer, Scelna, Warda, Roeca, Guerdi, Boyllola, Wehle, Damasca, ecclesie redderet. Tunc Stephanus rex piisssimus rei veritate cognita, ut possessio ecclesie firma stabilisque maneret, priuilegium inde fieri iussit, et sigillo sue magestatis confirmari, coram principibus regni: Michone bachiensi archiepiscopo, Stephano sunadiensi electo, Belo bano, eiusdem cause iudice, Thoma pallatino comite, Hendrico bodreguiensi comite, Esau sunadiensi comite. Anno dominice incarnacionis MCLXIII. indiccione XI. epacta XIV. a tercio Stephano piissimo rege Vngarie, secundi Bele regis filio, primo anno regni sui. Hugone notario, Thoma magistro capelle, Strigonii hoc priuilegium factum est. Quicumque vero emulus et inimicus ecclesie dei huic decreto regis detrahere presumpserit, graciam regis inexorabiliter amittat et eternis deputetur suppliciis.

Liber Priuilegiorum Episc. Zagr. str. 33. Tkalčić. Monumenta str. 2.

XC. 1164.

Petar nadbiskup spljetski, dopituje samostanu kaludjericah sv. Tome u Belgradu, oteti im posjed kod Knina.

Sentencia terrarum de Tyno.

Anno domini nostri Jesu Christi MCLXIIII. indictione XII. temporibus itaque domini Stephani regis Vngarie, filii Geyce regis, et Ampudii eius bani, nos denique Petrus dei gratia salonitane ecclesie archiepiscopus, atque sedis apostolice legatus, precipimus Johanni sancte Anastasie subdiacono et notario, fieri cartulam Bone abbatisse sancti Thome, de ratione quam habuit cum Glamozanis, de terra que est in Mocrani, que terra incipit sub monte Tini, et vadit usque ad riuum in latitudine, in longitudine vero incipit a Rasochatiza, ubi sunt due fontane, et vadit usque ad puteum, qui manet iuxta terram Mogorouizi, hanc itaque rationem ante vestram presentiam predicti Glamozani habebant, dicebant enim terram nobis attinere ex nostra propinquitate, et vobis nullo modo subiacere. E contra abbatissa beati Thome taliter respondebat: ab antiquo tempore illam terram possidemus, et ante Albeusum, qui tunc temporis in loco bani erat, rationem una nobiscum habuimus, ac predictus Albeus, [1] visa ratione, pristoldum nobis

[1] Idem qui Belus.

Bogdanizum dedit, deinde Stephanus, frater Cippe, loco fratris sui venit cum Petrana comite, qui tunc temporis sub rege ungarico erat, et miserat illum banus cum fratre suo in istis partibus, et alia vice aduersus nos insurexistis ibi, quia (?) nostra ratione prospecta premenominatum Bogdanizum nobis alia vice pristoldum dederunt, et granum, quod in nostra terra inseminaueratis, vobis abstullit, ac partem suam quam illi subiacebat nobis causa elimosine concessit. Hoc igitur nos audientes, ea que prenominatus Stephanus, frater bani, cum Petrana comite iudicauerant, nos confirmauimus atque abbatisse cum duabus sanctis monialibus super sacrum euangelium confirmare decreuimus, atque Mirgam archipresbiterum ei pristoldum concessimus, quod et factum est coram his testibus: Prestancius Sauidde, plebanus sancti Stephani, Petraza diaconus, Crisogonus iudex, Pruona Comerzari, Maurellus Jacobi Fere, Petrus nepos Bratulini; ex Sclauis interfuerunt: Tolen, iudex Tini, Zirnotta, Pribiz Zudone, Dragos Sitnich, Desinna, Bogdan, frater eius Radomiric, Desco Dobroniz, Viecha potsub, Dragos, Bogdan, Dragomir, Desimir, Striessa et frater eius Dragos et Milen, frater eius Desan, atque Chalzo filius Berizi, et ego Johannes iadertinus notarius ibidem cum his suprascriptis testibus interfui, et ex precepto Petri salonitani archiepiscopi et apostolice sedis legati scripsi et roboraui.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

XCI. 1166. 28. lipnja. U Mletcih.

Vitalis Michael, dužd mletački, podieljuje povlastice gradu Rabu.

Quotiescumque earum rerum negotia geruntur, quarum memoria necessario posteritati transmittitur, vinculo scripture innodari oportet, ne processu temporis ab usu memorie antiquata, aliquod in dubium rediuiua contemptio reuocet et gignat ex pace litigium. Quapropter nos quidem Vitalis Michael dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie dux, omnibus nostris fidelibus sue antiquitatis statum, et quod sui iuris esse dignoscitur intemerate perpetuo seruare cupientes, ea, que venerabilis domini Henrici Danduli gradensis patriarche, nostrorum iudicum et sapientum consilio, inter nos, et nobiles arbensis ciuitatis viros, fideles nostros, quiete sancita sunt, in scriptis redigere fecimus, et ut huius sanccionis pagina solidam perpetuis temporibus firmitatem obtineat, nostra et supra memoratorum illustrium virorum subscriptione roborari, nostrique sigilli impressione muniri decreuimus. Dum itaque iam dicte ciuitatis nobiles viri Andreas sacerdos, et Christoforus et Vitalis sacerdotes, Dabregna, (et) Prestancius iudices, Lampredius iupanus, Albertus, Dobrosclauo, Fuscus, Stephanus, Bertoldus, Nicholaus, Grube, Dimigna et ceteri qui cum eis fuerunt, ad presenciam nostram venissent, secundum sue antiquitatis statum, liberam eligendi comitis electionem instanter requirebant. Nos vero e contrario, licet prorsus ista primo abnueremus, in potestate nostra esse comitis electionem et eius confirmationem asserentes, prememorati tamen venerabilis patriarche, iudicum et sapientum communicato consilio, liberam eligendi comitis facultatem predicte ciuitatis ciuibus tandem tali conditione concessimus, ut ipsi quatuor de conciuibus suis nobilioribus personas sine exactione aliqua eligere, et nostro debeant conspectui presentare. Nos vero ex hiis unum, qui nobis aptior et fidelior visus fuerit, sapientum, qui tunc

religione iuris iurandi honoris Venecie astricti erunt, consilio, confirmare debeamus. Quod si forte inter se dissenserint, et de suis, sicut suprascriptum est, concorditer eligere noluerint, de Veneticis duos, quos voluerint, absque exactione libere eligant, et non de alienis. Nos vero unum ex illis, quem voluerimus, communi consilio confirmabimus. In presentiarum veio de Veneticis unum quem voluerint eligere debeant. Actum est hoc in palatio Venecie, tempore ducatus Vitalis Michaelis dei gracia nobilissimi atque gloriosissimi ducis. Anno domini M. C. sexagesimo VI. indictione quartadecima, quarto kalendas iulii. Prefate tamen electionis ordine sine fraude seruato, si noluerint prius quam a nobis premoniti fuerint, infra V. menses electionem sicut suprascriptum est facere, in potestate nostra electio sicut confirmacio remanebit, et hoc sine dei impedimento.

† Ego Vitalis Michael, dei gracia dux, manu mea scripsi.

† Ego Henricus Dandolus, dei gracia gradensis patriarcha et Dalmacie primas, scripsi.

† Ego Sebastianus Ziani manu mea scripsi.
† Ego Vitalis Dandulo „ „ „
† Ego Petrus Orsiulo „ „ „
† Ego Craton Dandulo „ „ „
† Ego Johannes Bembo „ „ „
† Ego Johannes Cornario „ „ „
† Ego Petrus Ziani „ „ „
† Ego Henricus Contareno „ „ „
† Ego Marcus Gausuni „ „ „
† Ego Petrus Ruybulo „ „ „
† Ego Dominicus Celso „ „ „
† Ego Andreas Geno „ „ „
† Ego Vitadino Geno „ „ „
† Ego Johannes Contareno „ „ „
† Ego Johannes Nauigaioso „ „ „
† Ego Petrus Michael „ „ „
† Ego Stephanus Maciamanus „ „
† Ego Johannes Dandulo „ „ „
† Ego Leo Faletro „ „ „
† Ego Angelus Medicus „ „ „
† Ego Michael Citino „ „ „
† Ego Philippus Bonus „ „ „
† Ego Annonias Quirinus „ „ „
† Ego Dominicus Contareno „ „ „
† Ego Henricus Bono „ „ „
† Ego Guido Michaelis „ „ „
† Ego Angelus Gabriel „ „ „
† Ego Marco Dauidore „ „ „
† Ego Johannes Naizo „ „ „
† Ego Rainerius Janne „ „ „
† Ego Enricus Contareno „ „ „
† Ego Leonardus Sagorninus „ „ „

S. N. Ego Gabriel Paulinus notarius et ducalis aule Veneciarum cancellarius, hoc exemplum sumptum ex autentico domini Vitalis Michaelis, dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie bone memorie ducis, cuius bulla plumbea pendet cum filo sirico roborato, nil addens, vel minuens, quod sententiam mutet, bona fide ut comperii scripsi, et exemplaui, et signo proprio roboraui, de mandato domini Jacobi Teupoli dei gracia incliti ducis Veneciarum. Currente anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi Millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense februarii, indictione sexta. In palacio ducatus Venecie.

Od zdola drugim pismom.

Nota, quod in Commemoriali de MCCCXXIIII. in cartis 144. est exemplum quorundam ordinamentorum et concessionem datarum per dominum Petrum Ziani ducem Venecie, hominibus Arbi, sub bulla plumbea ipsius domini ducis, que concessiones et ordinamenta bullata data fuerunt domino Andree Michaeli comiti Arbe.

Sliedi opet novijom rukom.

Ego Laurentius Eustachius notarius publicus et ducalis scriba, supranotatum Arbensium priuilegium autenticum vidi et legi, et cum hoc exemplo contuli die secundo martii MCCCCLXXXVII. duce serenissimo domino Augustino Barbadico, inuenique in omnibus ac singillatim per omnia conuenire, nec in ulla usquam particula discrepare; tum in priuilegii contextu, tum in subscriptionibus. Quod quidem priuilegium in membranis scriptum est carractere antiquo elegantissimo, bulla plumbea, serica chordula crocea appensa, in qua ab uno latere extant littere, in hec verba V. MICHAEL DI. GRA. VENEC. DALMACIE. ATQ. CROACIE DUX. Ab alio diui Marci sedens in sella imago sine mitra, et ducis genibus nitentis et barbati, ac more veterum capillo passo, et ceruice de pendulo ducali in capite insigni Quorum utraque vexillum medium inter eas sustentat. In cuius rei fidem me propria manu subscripsi et signum meum solitum apposui. [1]

Iz Arkiva mletačkoga. Liber Pactorum I. str. 17. i 218. Sravni Ljubić listine I. str. 8.

XCII. 1166. U Jegru.

Stjepan III. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje samostanu sv. Ivana kod Belgrada, darovanje Rogova, Vrbice, i Kameniana, sa svimi pristojališči, kako mu ih darovaše kraljevi hrvatski Kresimir i Svenimir.

In nomine dei et salvatoris nostri Jhesu Christi. Anno eiusdem incarnacionis millesimo centesimo sexagesimo sexto. Ego Stephanus, Geyce regis filius, dei gracia Vngarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex. Cognoscens et firmiter tenens regii esse officii ad honorem et exaltationem ecclesie totis intendere viribus, et ecclesiastica pro iure suo seruare, augere ab in . . s . . bus potestate celitus sibi data defendere. Mo-

[1] Na koncu rukopisnog ljetopisa mletačkoga Andrije Dandule, u knjižnici sv. Ambrozija u Milanu, nalazi se takodjer ova listina na kraju rukopisa, s bilježkom na koncu listine: „Bulla plumbea habet a fronte sculpta haec verba: VI. MICHAEL DEI GRATIA VENET. DALM. ATQUE CROAT. DUX. Altrinsecus vero imaginem Ducis genuflexi ante diuum Marcum.“

nasterio sancti Johannis, in finibus Dalmatie sito, in urbe, que quondam, dum in suo statu existeret, Alba vocabatur, confirmamus et presenti priuilegii testimonio corroboramus: ut integre fratres predicti monasterii habeant omnes terras illas, quas olim Cresimir et Suennimir quondam Chroatie reges, et eorum principes, iam dicto monasterio iure perpetuo tradiderunt, sicut in eorum priuilegiis continetur, secundum quantitatem et terminum terrarum illarum. Videlicet: terram in Rogoua et Virbiczam cum aqua molendinaria et in Chamenian et ceteras terras quas in diuersis locis per Chroatiam sepedictum monasterium obtinet. Hoc autem edicto presen . . statum confirmamus, ut si quis infringere temptanerit et fratribus illis de predictis terris diminutionem vel molestiam aliquam facere voluerit, diuine ire periculum incurrat, et nostram se sentiat ledere maiestatem, ac regali iudicio subiaceat. Preterea ob peccatorum nostrorum remissionem nos eis concedimus, ut quoscunque hospites ad inhabitandas terras illas de quibuscunque locis adducere poterint, a nemine nisi a fratribus et eorum prepositis iudicentur, ad neminem cum sigillo vel homine terminati ire cogantur; quod si quis eis vim intulerit aliquam, predicte sentencie subiaceat. Factum est autem Agrie istud in communi presencia principum nostrorum, presente Sarna, agriensi episcopo, et Stephano, morisene (?) sedis electo. Ampudino palatino comite, Laurentio curiali comite, Weza . . diensi comite, Seza, albensi comite, Fulcone saunikiensi comite, Johanne bichoriensi comite, Luca nitriensi (comite), multisque aliis, qui presenti institutioni interfuerunt.

U arkivu gub. u Zadru, prepis g. 1258. Farlati priobči ovu listinu T. IV. str. 7. veoma manjkavo.

XCIII. 1166. U Zadru.

Ivan, opat sv. Krševana, popisuje medje zemaljah od Kamenjana, koje darova samostanu sv. Krševana, Kuzma župan lučki.

Anno ab incarnatione domini MC sexagesimo sexto, indictione XIIII. Temporibus itaque Vitalis Michaelis ducis Venetie, et Lampredii iadertini archiepiscopi, atque Dominici Mauroceni comitis. Nos denique Johannes sancti Crisogoni abbas, una cum meis fratribus cartulam recordationis iubemus fieri de terra, que manet aput Camenani, quam Cosmas iupanus de Luca, frater et monachus noster, moriendo in presentia archiepiscopi aliorumque multorum, qui ibi aderant, monasterio beati Crisogoni tradidit. Hec namque terra ab orientali usque in occidentali parte in longitudine protenditur; in superiori, hoc est in orientali parte, duobus lacis terminatur, in occidentali vero parte via antiqua cum terminis sibi inpositis terminatur. Inde igitur in aquilonali parte luco terminari videtur, deinde in australi ora puteo concluditur. Et hii sunt testes ante quorum presentiam hec acta sunt, et etiam ex Sclauis, qui super terram fuerunt quando tradita fuit, introscribere curauimus. In primis: Lampredius archiepiscopus, Josep Zurra Talarigi, Dimitrius Cumerzari, Martinus Zluradi, Petrizus Vitaze, Vilcinna Lopre, Borizius Michaeli. Ex Sclauis interfuerunt super terram: presbiter Dominicus, cognomine Platinissa, Tolidrug potsub, et Tolimir, frater eius, et eius filii, Tesen, Peze nepos, Staniz Lapzanin, Desco Chalini filius, Dabraz filius Draseni, Ciprianus, filius Tolinne de Budimiriz, Miros, filius Tolen, Sirnosec, Stefan, filius Uisinni, Pius Viziz, S . . bis, Cusina . . et filius, Pribosina, Berigna, filius Cirnotis Lapzanin. Hii omnes interfuerunt tunc, quando

terra fuit Johanni abbati supradicti monasterii tradita. Et ego Johannes, iadertinus notarius ibidem interfui, quando Cosmas iupanus, monachus, moriendo prenominatam terram aput Camenani donauit, et iubente ipso Cosma iupano scripsi et roboraui.

Iz vana: Pars de insula Puscumani.

Matica na pergameni u zadarskom gubernijalnom arkivu. Casseta II. br. 12.

XCIV. 1166. 5. svibnja. U Ananji.

Aleksandro III. papa, tieši Petra nadbiskupa splietskoga radi njekih pretrpljenih nevoljah i progonah, te obečaje: da glede zadarske biskupije ništa odrediti neće, što bi vriedjalo prava i dostojanstvo crkve spljetske.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri P(etro) salonitano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras et dilectum filium nostrum J(oannem) sacristam latorem presentium, quem ad sedem apostolicam destinasti, tanto benigniori charitate suscepimus, quanto speciali matri tue sacrosancte romane ecclesie ac nobis ipsis te cognoscimus firmius adherere, cuius deuoti filii et fideles, etsi aliquando peruersorum persecutionibus perturbantur, et oprimi videantur ad tempus, temporalibus tamen auxiliis non sunt penitus destituti, sed in illa congruum semper inueniunt et tutum suffragium. Illam siquidem deuotionis constantiam et sincere puritatis effectum, quam circa eandem matrem suam romanam ecclesiam euidenter habere cognoscimus, et de qua anteacta opera non sinunt nos dubitare, gratam admodum acceptamque tenemus, et tanto maiori preconio laudis extollimus, quanto de sinceriori charitatis indice illam prouenire sentimus. Inde est, quod nos et romana ecclesia personam ecclesiasticam et ciuitatem tue gubernationi commissam mera pinguedine charitatis diligimus, et interne dilectionis brachiis amplectimur, propositum et voluntatem feruentem habentes de honore et exaltatione tua, quibuscumque modis cum deo et iustitia fieri potest, libenti animo cogitare, ac pro tante deuotionis feruore sibi auctore domino prouidere. Super illis vero angustiis et pressuris, que tibi sine causa rationabili conferuntur, nec aliter quam de propriis nostris conturbamur, ed ad dominum preces effundimus, ut secundum multitudinem miserationum suarum, de imminentibus te persecutionibus in breui eripiat, et ad portum tranquillum deducat. Speramus autem, quoniam non continebit dominus in ira misericordiam suam, et faciet cum tentatione ista prouentum, ut possis sustinere, et preter virgam correctionis baculum consolationis apponet, ut possis dicere cum propheta: secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tue, domine, letificauerunt animam meam. Cum igitur dominus est, qui potestati maris imperat, et motum eius in ictu oculi mitigat, oculos mentis ad celum leua, unde veniet auxilium tibi, considerans quoque, qualiter omnipotens dominus gloriam superborum manu puerili in iactu lapidis pusilli deiecerit, et filiis Israel victoriam de multitudine hostium in muliere una concesserit; in illo ipse spem tuam ponas, quod inter imminentes angustias euentum nouit prosperum suis fidelibus exhibere, et preter lacrymationem et fletum, consolationem inducere. De illius ergo auxilio plenam fiduciam obtinens, spiritu fortitudinis induaris et inimicis tuis prudenter et viriliter restiteris et in deuotione beati Petri et nostra immo-

biliter persistas. Si vero . . quod ad commodum et honorem sancte romane ecclesie ac tuum debeat pertinere, nobis gratum admodum et acceptum existit. Nos enim de iadrensi ecclesia nihil citra iustitiam et honorem spalatensis ecclesie de nouo, auctore domino, statuimus, vel statuemus. Ad hec dilectum filium L(aurentium) capellanum nostrum fraternitati tue attente recommendamus, rogantes, quatenus pro reuerentia beati Petri et interuentu nostro, de caro eum habeas, de cetero cariorem. Noueris ad hec nos et fratres, qui circa nos sunt, per dei gratiam sanos et incolumes esse, et sic speramus, ecclesia dei in proximo pace potietur tranquilla. Datum Anagnie III. nonas maii.

Farlati Illyricum Sacrum. T. III. str. 186.

XCV. 1166. 20. svibnja.

Majo biskup kotorski, bilježi novo posvećene oltare u crkvi sv. Trifuna.

† Ego Maio episcopus declaro, quod duodecimo anno mei episcopatus, cum confratribus nostris episcopis: Lazaro albanensis, et cum Martino driuastensis, et cum Johanne episcopo dulcinensis, sacrauimus, ecclesiam sancti Triphonis nostri episcopatus, adiunctis abbatibus, Michahele abbate (archimandrita) sancti Johannis, et cum Petro abbate (archimandrita) [1] sanctorum Sergii et Bachi, et Johanne Abbate sancti Saluatoris antibarensis, et Petro abbate sancti Michahelis catarensis, et Triphone abbate sancte Marie buduensis, et Petro abbate sancti Petri, et Johanne abbate sancti Georgii, et Georgio abbate sancti Saluatoris arbanensis, cum tribus altaribus, quorum medium sacraui ego Maio ad honorem sancti Triphonis et sanctorum martyrum Primi et Feliciani; aliud altare a sinistro latere sacrauit Lazarus episcopus arbanensis ad honorem beate Marie sanctorumque innocentum, nostra concessione et voluntate; a dextro videlicet latere sacrauit altare Johannes episcopus dulcinensis, nostra concessione et voluntate ad honorem sanctorum apostolorum, et sanctorum martyrum Johannis et Pauli. Anno incarnacionis domini nostri Jhesu Christi, millesimo C. LXVI indictione XIII. (XIV.) terciadecima kalendas iulii, in sede apostolica residente papa Alexandro, imperante piissimo et semper triumphatore Hemanuhele, duce existente Dalmacie atque Dioclie kyr Izanacio, qui in eadem dedicatione sua gratuita voluntate et benignitate affuit. Priore Vita, existente in Cataro. Petrus soacinensis electus interfuit et Andreas prior arbanensis cum toto populo ciuitatis.

Matica na maloj pergameni, na njekih miestih izpravljena, nalazi se u knjižnici akademije jugoslavenske. Sravni Farlati. T. VI. str. 433.

XCVI. 1167. U Zadru.

Lampredio nadbiskup zadarski, s knezom Dominikom Maurocenom i s ostalimi vlasteli zadarskimi, dopituju zemlje od Braviza (Obrovca) samostanu sv. Marije u Zadru.

Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo sexagesimo septimo. Indictione XII. (XV) temporibus itaque Vitalis Michaelis, ducis Venetie, et Lampredii iadertini

[1] Rieč archimandrita je obadvakrat pripisana odozgor.

archiepiscopi, atque Dominici Mauroceni comitis. Nos denique prenominatus Lampredius archiepiscopus et Dominicus Maurocenus comes, et alii nobiles viri, qui in isto placito interfuimus, iubemus fieri cartulam recordationis de placito, quod abbatissa sancti Platonis, Urania, contra Scemosam sancte Marie abbatissam, de terris, que in Brauizo site sunt, placitabant, quas Petrus, Semiuiti filius, una cum filiis Crine et suis propinquis prenominato cenobio dederant. Hec namque terra incipit ha (sic) territorio sancti Crisogoni ex utraque parte, usque ad riuum descendentem, et ex alia parte riui ascendentem, usque ad siluam iuxta territorium sancti Nicolahi, preter quasdam terulas in medio positas, que sancti Crisogoni fieri probantur. Dicebat enim sancti Platonis abbatissa: hec terra cenobio sancti Platonis attinere, et testamentum ostendebat, quod a quodam viro pro viginti romanatis emerat. Contra, sancte Marie abbatissa respondebat: immo nobis attinet, et nos eam semper laborauimus, et per manus nostras aliis ad laborandum tradidimus, quia Petrus, Semiuiti filius, una cum suis propinquis hanc terram monasterio beate Marie dederat, et etiam testamentum inde ostendebat. Unde nos rationem perscrutantes ex utraque parte, iudicauimus Scemose abbatisse sancte Marie cum sex sanctis monialibus suum testamentum affirmare, quod ipsa, ut curia precepit, coram pluribus affirmauit. Hoc actum est coram his testibus: Josepho iudice, Crisogono iudice, Madio plebano sancti Petri, Michaele plebano sancti Petri, Nicolao Milzaci, Andrea Lisce, Zurra Talarigi, Lemesso, Vilcinna filio Lopre, Grubessa filio Josephi, Micha, filio Tripte, Gregorio Vitaze, et Stephano Cosutti, Jacobo Segurlutti, Surdano atque Stephano Zeze. Et ego Johannes sancte Anastasie subdiaconus atque notarius, ibidem cum his supradictis testibus interfui, scripsi et corroboraui.

Iz starog zapisnika zad. samostana sv. Marije.

XCVII. 1167.

Stjepan III. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje Šibenčanom stara prava.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo septimo, anno octauo regni mei. Ego Stephanus rex Ungarie, Croatie atque Dalmatie, iuro super sanctam crucem, vobis Sibinicensibus, meis fidelibus ciuibus, firmam pacem, mihi et filio meo, aut successoribus meis, tributarii ne sitis, comitem vero, aut iudicem, quem commune, et consilium ellegerit, ordinabo, et lege antiqua constituta vos uti permittam, preter quod introitus, portus ciuitatis, duas partes rex habeat de extraneis, tertiam vero comes ciuitatis, decimam autem clerici. In ciuitate quoque vestra neminem Ungarorum, vel alienigenarum habitare permittam, nisi quemque voluntas vestra expetierit. Cum autem ad vos coronandus, aut ubicunque regni negotia tractaturus aduenero, nemini ciuium vis inferatur domorum suarum, nisi quem dilectio vestra susceperit, aut si dominium meum aliquem aggrauare uidebitur, et alio ire voluerit, secure cum uxore, et filiis, et familia, et omnibus suis, quocunqne sibi placuerit, eat, et hoc illis concedo per regale iuditium, et singulariter, et quod extra ciuitatem non exeat. si de ciuibus iudicare voluerit, in ciuitate cum iudicibus, comite et nobilibus iudicetur Hoc autem sacramentum a rege Stephano Geyse regis filio, et a principibus Ungarie confirmatum est. Ego Sayna collocensis archiepiscopus laudo, et confirmo; Ego Vlcina Ultrasiluanus laudo, et con-

firmo. Ego Stephanus morisene sedis electus laudo, et confirmo. Ego Ompodinus comes Pallatinus, atque banus, laudo et confirmo. Ego Fulcus laudo, et confirmo. Ego Gurcha laudo et confirmo. Ego Smaragdus laudo, et confirmo. Ego Tupco laudo, et confirmo.

Liber Commemorialium. U mlet. arkivu sr. Fejér Cod. R. Hung. T. II. p. 179.

XCVIII. 1167. 22. kolovoza. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, javlja svomu poklisaru u Dalmaciji kardinalu Albertu, kako je podao nalog nadbiskupu zadarskomu radi izbavlenja njekog Bonumira od Siponta, primjetiv ujedno, da mu ne bi s voljom bilo, kad bi ga spljetčani za svoga nadbiskupa izabrali.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilecto filio Alberto, tituli sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Litteras deuotionis tue paterna benignitate recepimus, et intellecta earum continentia pro liberando filio Bonumir de Siponto, venerabili fratri nostro Lampridio archiepiscopo et nobilioribus de Jadra, iuxta quod nos rogasti, litteras satis diligentes et efficaces transmisimus. — De cetero super eo, quod nobis significasti, quod clerus et populus spalatensis te in pastorem suum voluerunt assumere, tibi voluntatem nostram et animum aperimus, quod si etiam tu velles, et maior pars fratrum nostrorum instaret, nulla ratione consentiremus, nec unquam possemus induci, quod a nobis absenteris, a quibus ita pure et sincere diligeris, et tam carus acceptusque haberis. Quapropter huiusmodi ab animo tuo sollicitudinem et suspicionem omnino propulsa, iniuncte tibi legationi prudenter et studiose intendas, ut ecclesia romana de diligentia et studio tuo letum incrementum recipiat, et tu quoque de labore et vigilantia tua fructum dignum valeas reportare. Datum Beneuenti XI. kal. septembris.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III. 188.

XCIX. 1167. 29. prosinca. U Beneventu.

Aleksandro III. pošiljajući nadbiskupu dubrovačkomu nadbiskupski plašt, potvrdjuje posjed i povlastice crkve dubrovačke.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Tribuno ragusino archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti apostolice sedis specula disponente domino constituti, fratres nostros archiepiscopos, (et) episcopos tam vicinos, quam longe positos, fraterna debemus caritate diligere, et de illorum tranquillitate soliciti debemus existere. Iccireo venerabilis in Christo frater archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam ragusinam, cui auctore domino preese dinosceris, ad exemplum predecessorum nostrorum felicis memorie Innocentii, Anastasii, Adriani, romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presenti scripti priuilegio communimus, statuentes: ut quascumque possessiones, quecunque bona, eadem ecclesia in presentiarum iuste et legitime possidet,

aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, dotatione fidelium, vel aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibate permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Omnes parochias ad ius commisse tibi ecclesie pertinentes, scilicet: regnum Zachulmie, regnum Seruilie et regnum Tribunie, ciuitatem quoque catharinensem seu Rose, buduanensem Auarorum, liciniatensem, scodrinensem, driuastensem, et polatensem, cum abbatiis, ecclesiis et parochiis suis. Confirmamus etiam vobis omnes possessiones, quecunque bona in ecclesiis, decimis, villis, colonis, agris, prediis, nemoribus, montibus, collibus, aquis, pratis, aut quibuslibet rebus aliis diocesane vel proprietarie dispositionis titulo, predicta ragusina ecclesia iuste et canonice possidet. Pallei quoque usum, pontificalis videlicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, ad missarum solempnia celebranda, sicut antecessoribus tuis concessus fuisse dinoscitur, et in festiuitate beati Blasii tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Quod his diebus tantum, adiuncto festo beati Blasii, fraternitas tua uti meminerit, quibus antecessoribus tuis ab apostolica sede constat indultum. Sane sucessores tuos a nobis nostrisque successoribus consecrationis gratiam in perpetuum decernimus recepturos Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbari, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigare molestiis, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concesse sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisque persona, hanc nostre constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo, tertioue commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examinis districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

L. S. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus ss.
† Ego Bernardus portuensis et sancte Rufine episcopus ss.
† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli s. Crucis in Hierusalem ss.
† Ego Johannes „ „ „ „ Anastasie ss.
† Ego Albertus „ „ „ „ Laurentii in Lucina ss.
† Ego Boso „ „ „ „ Pudentiane tituli pastoris ss.
† Ego Petrus „ „ „ „ Laurentii et Damasi ss. [1]
† Ego Johannes „ „ „ „ Marci ss.
† Ego Theodinus „ „ „ „ Vitalis tituli Vestine ss.
† Ego Jacinthus diaconus „ sancte Marie in Cosmedin ss.
† Ego Ardicio „ „ „ Theodori ss.
† Ego Cinthius „ „ „ Adriani ss.
† Ego Hugo „ „ „ Eustachii iuxta templum Agrippe ss.
† Ego Vitellus „ „ „ Sergii et Bachi ss.
† Ego Petrus „ „ „ Marie in Aquiro ss.

---

[1] Imalo bi stojati: in Damaso.

Datum Beneuenti per manum Girardi sancte romane ecclesie notarium. IIII. kalendas ianuarii, indictione prima, incarnationis dominice anno MCLXVII. pontificatus vero domni Alexandri pape tertii, anno VIII.

Olovna pečat viseća, s nadpisom. U sredini: „S. Petrus. S. Paulus. Alexander P. P. III." Na okolo: „Vias tuas domine demonstra mihi."

Iz rukopisnog bularia dubrovačkog. str. 241. Illyr. Sacr. T. VI. str. 80. ima ovu bulu samo u izvadku.

C. 1167. 29. prosinca. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže svećenstvu ulčinjskomu i barskomu, da ne slušaju svoje biskupe, dok se ovi nepokore nadbiskupu dubrovačkomu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis uniuersis clericis per dulchinensem et antiuarensem episcopatus constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ex insinuatione venerabilis fratris nostri T(ribunii) ragusini archiepiscopi nuper nobis innotuit, dulchinensis et antiuarensis episcopi, ita contra eum et ecclesiam suam cornua elationis et superbie calcarium erexerunt, per inobedientie vitium adeo grauiter deliquerunt, quod auctoritate romane ecclesie et sua ipsos excommunicationi subiecit. Sed ipsi in sua obstinatia indurati, delicti sui reatum recognoscere noluerunt, nec ad satisfactionem redire curarunt. Unde merito de ipsis potest dici: computruerunt iumenta in stercore suo. Jam enim videntur infixi in limo profundi, et puteus abyssi os suum super eos clausisse videtur. Sane scire debent, quod obedientie virtus omne sacrificiorum genus incomparabiliter antecedit, et per ipsam primum hominem, qui corruerat miserabiliter per superbiam, omnipotens deus mirabiliter celesti glorie reparauit. Unde nos per apostolica eis scripta mandauimus, et in virtute obedientie precepimus, quatenus a predicto archiepiscopo absolui, cum omni humilitate et pacientia postulent, et sibi et ecclesie sue iure metropolitico supliciter et deuote obedientiam debitam et reuerentiam impendant. Quod si neuum superbie et inobedientie dati in reprobum sensum deponere noluerint, nos legato, quem ad partes illas domino fauente dirigimus, firmiter mandauimus, ut sententiam archiepiscopi inconcusse faciat et inuiolabiliter obseruari, et alio modo, si nec sic resipuerint, in ipsos studeat vindicare. Vobis autem nihilominus precipiendo mandamus, ut predictis episcopis donec in excommunicatione perstiterint, filialem deuotionem aut subiectionem aliquam nullo modo exhibeatis, nec eos reuereamini, quousque archiepiscopo, tamquam metropolitano suo studeant in his, que dei sunt, humiliter obedire. Datum Beneuenti IIII. kal. ianuarii.

Dole visi olovna pečat pape Aleks. III.

Bullarium Ragusinum. str. 244. Illyr. sacr. T. VI. str. 81. sa više praznina.

CI. 1167. 29. prosinca. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže strogo svećenstvu gornje Dalmacije, da se ima pokoriti dubrovačkomu nadbiskupu Tribunu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus politanensi, svacensi et driuastensi episcopis et dilectis filiis uniuersis clericis staniensis, scutari-

ensis et tribuniensis ecclesiarum salutem et apostolicam benedictionem. Si quanta sit virtus obedientie, humili mente et sincera deuotione considerare velletis, et quantum bonum de illius obseruantia procedat, ad cor reduceretis, prelatis vestris in omni deberetis humilitate substerni, et eorum salubribus monitis atque preceptis toto cordis af fectu curaretis parere. Obedientia enim sola virtus est, que transcendit meritum, · unde dicitur: melius est obedire quam sacrificare, quoniam quasi peccatum ari . . andi est repugnare, et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Per inobedientiam enim primus homo corruit, propter obedientiam, filius dei, nomen, quod est super omne nomen, meruit obtinere. Hec ideo dilecti in domino filii vobis proposuimus, quoniam, sicut accepimus, bone memorie Adrianus papa antecessor noster vobis per sua scripta mandauit, ut venerabili fratri nostro Tribuno ragusino archiepiscopo, tamquam patri et rectori animarum vestrarum debitam obedientiam et reuerentiam impenderetis. Vos autem prout nobis suggestum est, ad hoc efficiendum, unde magis miramur, atque grauamur, cum filii obedientie esse deberetis, aures vestras obturastis, nec bone memorie Anastasii et Adriani romanorum pontificum, qui super hoc satis paterne vos instruxerunt, mandatum, atque admonitionem attendere voluistis. Unde quoniam de inobedientia non solum . . simplex clericus graui esset animaduersione plectendus, et ad periculum animarum vestrarum, nisi citius cor . . dubio pertinere, per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus, et in virtute obedientie, sicut antecessores vestri antecessoribus eius fecisse noscuntur, plenam studeatis obedientiam exhibere, et metropolitano vestro sicut boni et deuoti filii humiliter persistatis. Quod si forte neglexeritis . . legatus noster, quem ad partes, illas dirigimus, propter hoc in vos canonice promu . . permanere. Quod si nec sic resipueritis, timendum vobis erit, ne depositionis sententiam . . discessum legati memoratus archiepiscopus propter inobedientiam et rebellionem vestram . . curabimus firmam habere. Datum Beneuenti quarto kalendas ianuarii.

Pendet bulla plumbea Alexandri Papae III.

Bullarium ragusinum, p. 245. Illyr. Sacr. VI. str. 81. Čini se da je Farlatijev nastavitelj upotriebljivao isti rukopis, pošto ima iste praznine koje se u njemu nalaze, ali osim toga njeke pogrieške odmah iz početka.

CII. 1167. 29. prosinca. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, hvali Lazara vladiku arbanskoga, da želi ostaviti istočno-grčku vjeru i primiti rimsku, te mu nalaže, da prizna za svoga mitropolitu Tribuna nadbiskupa dubrovačkog.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri L(azaro) episcopo de Arban(ia?) salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis et fidei integritas, quam circa sacrosanctam romanam ecclesiam habere dinosceris, tanto amplius ad honorem et incrementum tuum, et ecclesie tibi commisse, multimodis nos accendit, quanto credimus, et sine dubietatis scrupulo speramus, de tue discretionis prudentia, nobis et beato Petro optata commoda prouenire. Redeuntes siquidem de partibus illis dilecti filii nostri J(ohannis) tituli sancti Marci presbiteri et V. et I, subdiaconi, apostolice sedis legati, nunc autem cardinales, de deuotione et non modica humanitate quam eis exhibuisti, multa in presentia nostra et fratrum nostrorum, leta atque iocunda proposuerunt. Unde nos personam tuam, sicut karissimi fratris nostri, sincera volumus caritate diligere et ad commodum

et profectum tuum feruenti animo aspirare. Ad hoc, sicut accepimus, propositum et voluntatem habes ritum Grecorum, qui in multis romane ecclesie consuetudini obuiare videtur, in quibus potes vitare, et nostris te velis moribus informare. Quod utique satis gratum acceptumque tenemus, et te super hoc multimodis in domino commendamus, et ille, qui dedit tibi velle, sua misericordia largiatur et proficere. Sed ut hoc commodius facere possis, et ritum sacrificiorum et aliorum sacramentorum iuxta consuetudinem romanam firmum valeas tenere, fraternitatem tuam rogamus, monemus, consulimus, atque mandamus, quatinus venerabili fratri nostro T. ragusano archiepiscopo, tamquam metropolitano tuo, promptam obedientiam et reuerentiam impendas, et ecclesiam tuam illi et ecclesie sue iure metropolitico subiicere non postponas. In hoc enim tam tu, quam grex tibi commissus, beato Petro et nobis deuotam et debitam obedientiam probabimini exhibere. Datum Beneuenti IIII. kalendas ianuarii.

Pendet bulla plumbea Alexandri III.

Bullarium ragusanum, p. 384.

CIII. Oko god. 1167.

Omišani čine savez prijateljstva s Kotorani.

Ego Nicola kenesius Alemyscii, una cum meis consanguineis, et cum omnibus qui sub meo dominio sunt, iuramus tibi vicecomiti catharino, et omnibus catharinis, qui sub vestro dominio sunt, super dei euangelia, salua fide, et bona intentione, ut ab hodierna die nos, et nostri successores vobiscum, et vestris successoribus, puram, et rectam pacem habeamus, absque dolo, usque ad nonam generationem, et si catharinus conduxerit nauem, et fecerit nobis iustitiam, nullam lesionem ei faciemus, et a Malonta [1] usqe. Traecti [2] si viderimus nauem que Catharum venire voluerit, nullum damnum ei faciemus. Sic nos deus adiuuet et sua sancta dei euangelia. Anno domini, millesimo CLXVII.

Lucius. Memorie di Trau. Str. 60. Farlati Illyr. Sacr. T. VI. str. 434.

CIV. Oko god. 1167.—1172.

Njeki Maurello, moli nadbiskupa spljetskoga Gerarda, da kazni Aldeverta, zeta mu, što je protjeravši zakonitu svoju ženu, uzeo za drugu ženu njeku svoju rodjakinju.

G(erardo) dei gratia sancte salonitane sedis archiep. summe religionis dignissimo. Maurellus eius sanctitatis amicus fidelissimus salutem, et seruitium. Quamuis pater reuerendus circa plurimos et fere innumeros vestre paternitatis subiectos vos cotidie inuigilare. et diligentem curam adibere oporteat, circa tamen eos, qui vobis spirituali fidelitate subduntur, specialem sollicitudinem vobis congruit adibere. Aldeuertum siquidem, meum sceleratissimum generum, in errorem sue preuaricationis diu perseuerantem, non

---

[1] Farlati. Malonto. [2] Farl. Trasti.

sufficerat sibi coniugem legitimam relinquere, sed ad sue anime damnationem perpetuam. alteram sibi sociauit, que proxima consanguinitatis linea iuncta cum coniuge derelicta. Ea propter quia hec catholica ecclesia perorrescit, sancti spiritus gladio feriendo illum compescite, ut ad viam rectitudinis cum uxore pristina unanimiter perseuerare valeat.

Izvana: G. Salonitano Archiepiscopo.

Iz c. kr. dvorskoga arkiva u Beču, medju pismi spljetskimi.

CV. 1168. 3. siečnja. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže Dračanom rimskoga obreda, da čestito primu dubrovačkoga nadbiskupa Tribuna, kao papinskog poslanika.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis abbatibus et ceteris Latinis, tam clericis, quam laicis apud Durachium commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem. Ne cura dominice ouis his, qui in diuersis mundi partibus sunt constituti, posset deesse, romanus pontifex alios in partem iniuncte sibi administrationis vocauit, ut solicitudinem et curam, quam presens non potest omnibus simul impendere, per illos studeat diligentius ministrare. Unde quia vos non possumus corporali presentia visitare, nec fratres nostri cardinales, qui ad illustrem constantinopolitanum imperatorem pro tempore destinantur, ibi possunt diuturniorem apud vos moram habere, per venerabilem nostrum T(ribunum) ragusinum archiepiscopum, virum honestum, prouidum pariter et discretum, vos tamquam dilectos filios duximus visitandos, ut vice nostra ea, que inuenerit inter vos euellenda, euellat, et plantet que nouerit complantanda. Ideoque uniuersitatis vestre prudentiam per apostolica scripta monemus, atque mandamus, quatinus predictum archiepiscopum ad vos venientem benigne recipiatis, et monitis et mandatis ipsius in his, que ad animarum vestrarum spectant salutem, humiliter annuere et obedire curetis, nec excommunicatis suis, presertim antiuarensi et dulchinensi episcopis, donec in excommunicatione perstiterint, communicare presumatis, ita quod nos deuotionem vestram commendare possimus, et ipse in vobis bonam valeat sementem plantare Datum Beneuenti tertio nonas ianuarii.

Pendet bulla plumbea, Alexandri tertii PP.

Bullarium Ragusinum. str. 263. Illyr. Sacr. T. VI. str. 81. pogriešno.

CVI. Oko god. 1168. 12. veljače. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, savjetuje novomu nadbiskupu spljetskomu Gerardu, neka se nebrini odmah u početku suviše za blago svoje crkve, jer je veliku razdraženost proti sebi pobudio.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Girardo spalatensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Intellectis anxietatibus et sollicitudinibus tuis, quibus vehementer urgeris super conseruandis iusticiis ecclesie tue, satis inde tuam sumus prudentiam admirati, eo quod nimis repente super episcopatu et aliis ceperis questiones mouere, cum deceat episcopum usque ad annum ita

omnia videre, tamquam non videat, et in simplicitate dissimulare, que alias essent durius requirenda. Quapropter monemus prudentiam tuam, consulimus et hortamur, ut in presentiarum his supersedeas, statum terre, et qualitates et mores hominum plenius cognoscere studeas, et paulatim rationes ecclesie tue diligenter inquiras; et cum fueris super his informatus, si quid questionis vel dubietatis emerserit, nobis confidenter significes, securus et certus, quod nos fraternitati tue, in quibus salua conscientia poterimus, libenti animo deferre, et in iustitiis tuis tibi tamquam venerabili fratri nostro adesse curabimus, et fauorem et auxilium conferemus. De cetero S. latorem presentium ad te redeuntem sinceritati tue solicite commendamus, rogantes atque monentes, quatenus cum . . opportunum habueris, quod domino volente in proximo erit, predicto S. ita prouideas et benefacias, quod tibi possit deuotior, et magis fidelis existere, et preces nostras sibi sentiat apud te profuisse. Datum Beneuenti II. idus februarii.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. p. 189.

CVII. 1168. 4. srpnja. U Dubrovniku.

Ivan od Kanala, sviedoči, kako je našao pravdu pred sudom u Dubrovniku.

In anno dominice incarnacionis, millesimo centesimo LXVIII. indictione prima, quarto die intrante mense iulio. Ego Johannus de Canale, hoc breue fieri rogo conscriptum. Missus equidem a domino Vitale Michaele duce Venecie, Chroacie atque Dalmacie, cum omnibus eiusdem regni consiliariis atque iudicibus, veni ad presentiam Ragusium domini Tribuni Michaelis archiepiscopi et consulum eiusdem ciuitatis, atque iudicum querere iusticiam de naue fracta apud sanctum Martinum, tam pro me, quam pro omnibus meis sociis, quibus aliquid in ea contigit. A quo archiepiscopo et omnibus prescriptis bene receptus, tantam iusticiam habui, quantam nec in Venetia habere potuissem. Videlicet, ut nullus aliquid Raguseus de rebus in eadem naue acceptis negare posset, voluntate consulatus, archiepiscopus nominatus cum toto clero excommunicationem uniuersaliter fecit, ut quocunque modo aliquis Raguseorum habuisset aliquid, secundum legem duas mihi reddere partes, et tertiam habeat sibi, quod et fecerunt. Illos autem quos ibi fuisse per me sciebam, sacramento constrinxi omnia reddere ut predixi, iussu consulatus et iudicum. Sed quia non potui expectare illos, qui in ciuitate non erant, rogaui dominum archiepiscopum, ut vice mea illud quod minus habui, una cum Pancratio reciperent sub sacramento et mihi mitterent vel seruarent. Eapropter de tanta iusticia grates maximas omnibus ferens, quietos omnes Raguseos fieri coram vobis subscriptis de hac re dispono, tam per me, quam et personis que in antedicta naue mea aliquid habuerunt. Sicut ab eis data mihi licentia in conspectu ducis fuit, et omnibus Venecie nobilibus. — Quod si aliquis propter hoc damnum aliquod Raguseo alicui intuleret, per me restauretur duplicatum, et meos heredes, omni sine intermissione. † Ego Johannes da Canale manu mea subscripsi.

† Ego Tribunus dei gratia Ragusines sedis humilis archiepiscopus m. m. s.

† Ego Mauresa, consul Ragusii, testes (sic).

† Ego Mauresa — Macie Ragusii consul, scripsi.

† Ego Alexius, consul Ragusii, manus meas (sic) scripsi.
† Ego Pancracius Ragusii, testis.
Ego Marcus diaconus et comunis notarius, rogatu Johannis de Canale scripsi.

Matica na pergameni veoma liepo pisana, u arkivu okružja dubrovačkog Fasc. I. N. 27.

CVIII. 1167—1169. 23. prosinca. U Beneventu. [1]

Aleksandro III. papa, nalaže nadbiskupu spljetskomu, neka prisili gradjane šibeničke da povrate one stvari, koje oteše Gotfridu, sinu Bonumira od Siponta.

Alexander seruus seruorum dei, venerabili fratri G(erardo) spalatensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. E transmissa dilecti filii nostri relatione nobilis viri Bonumir de Siponto, auribus nostris innotuit, quod homines de Sevenico, Guofrido filio eius violenter et furtim res suas auferre non dubitarunt. Unde, quoniam eidem B. tum ex officii nostri debito, tum etiam consideratione deuotionis, quam circa nos specialiter gerit, in suo iure adesse debemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus predicte ciuitatis homines, qui hoc facinus commiserunt, instanter moneas et districte compellas, ut ea, que furtim vel per violentiam filio prefati B. abstulerunt, eidem postposita cunctatione remittant. Quod si infra congruum terminum a te sibi prefixum facere forte renuerint, eos usque ad dignam satisfactionem excommunicationis vinculo non differas innodare. Datum Beneventi X. kal. Januarii.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III. p. 190.

CIX. 1168—1169 5. travnja. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže kanonikom spljetskim, da svomu sudrugu Crnu, otetu kanoničku čast povrate.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis archidiacono, archipresbytero, et canonicis spalatensibus salutem et apostolicam benedictionem. Litteras, quas nobis vestra dominatio destinauit, benigne recepimus, ex quarum tenore comperimus quod Cern. concanonicus vester, ecclesia sua nulla sit alia de causa priuatus, nisi quod pro dolore capitis, sicut ei fuerat iniunctum, in ecclesia legere semel neglexit. Unde quoniam hec facilis et levis culpa fuit, quam debuerit ita dure tractari, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, si alia causa non fuit sue priuationis, nisi quam nobis exposuistis, ei ecclesiam suam, omni excusatione et appellatione cessante, in integrum auctoritate nostra restituatis, et in pace faciatis dimitti. Satis enim fuit ei ad penam usque ad nos laborare. Si autem pro alia culpa fuit expoliatus, vos

---

[1] Jaffé.

causam audiatis, et ita fine debito terminetis, quod idem C. non possit conqueri se iniuste grauari. Datum Beneuenti, nonas aprilis.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III. str. 191.

CX. Oko g. 1168—1169. 1. lipnja. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže Hvaranom, da protjeranoga svoga biskupa Martina, iz nova biskupom priznadu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiis Chaialisio comiti strenuissimo, et uniuersis nobilibus pharensine insule salutem et apostolicam benedictionem. Insinuatum nobis esse noueritis, quod erga fratrem nostrum Martinum episcopum et pastorem vestrum, diabolo instigante, non congruam habeatis indignationem, dicitis enim eum, quem in iuuentute honorifice habuistis, nunc senectute grauante vobis esse incongruum, et inhonestum; volentes vestro arbitrio meliorem eligere, cum dominus illum ecclesie vestre diu constituit esse pastorem Sed quia non licet, per apostolica scripta vobis mandamus, ut tam eos, quam et ceterarum insularum rectores eum usque ad obitum suum magis quam aliquando reuerenter habeatis. De cetero autem, si quisquam huius amentie causa fraudare in decimis visus est, aut primitiis, ex penitentia ductus non emendauerit, atque illi debitam non exhibuerit reuerentiam, prout nostra facultas est, apostolica auctoritate excommunicationis vinculo innodamus. Datum Beneuenti, kalendas iunii.

Lucius de regno Dalm. et Croat. Lip. III. cap. XIII. Farlati IV. 242.

CXI. 1168—1170. 31. siečnja. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, podaje svojemu poslaniku Gerardu, nadbiskupu spljetskomu, naputak, kako se ima postupati prema onima, koji imadu dvie žene.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri G(erardo) salonitano archiepiscopo, apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Super eo, quod a nobis tua fraternitas requisiuit, quid videlicet faciendum sit de bigamis, inquisitioni tue litteris presentibus respondemus, quod et ordinatores potestate et officio ordinandi, et ordinati, si ad sacros ordines promoti fuerint, eisdem debent ordinibus omnino priuari; quia in bigamis contra apostolum dispensari non licet, ut ad sacros ordines debeant promoueri, vel in eisdem, si promoti fuerint, possint aliquatenus permanere. In ordinatore autem potest dispensatio adhiberi, ut ordinandi potestate et officio non priuetur. De simoniace vero ordinatis iuxta postulationem tuam certum tibi non possumus dare responsum, nisi plenius nosceremus qualiter fuerint ordinati, cum quidam, licet secundum quamdam speciem, utpote ignorantibus ipsis ordinatis, simoniaci non sunt. Verum super eo, quod in quarto et in quinto gradu consanguinitatis quidam in prouincia tua dicuntur esse coniuncti, propter duritiam populi talia matrimonia, licet sint contra sacrorum canonum institutionem contracta, sub silentio et dissimulatione protereas; et

ne similia de cetero matrimonia contrahantur, uniuersis generaliter studeas in communi synodo sub interminatione anathematis prohibere, decernens, quod talia matrimonia, si post prohibitionem tuam contracta fuerint, irrita debeant esse, et tu deinceps, si in prescripto gradu consanguinitatis contracta inueneris, cassare nepuaquam omittes. Uxores autem iuxta diuine vocis preceptum et commonitionem apostoli dimittere nullus presumat, nisi sola fornicationis causa. Et si quis uxorem suam ob aliam causam dimiserit, eum ad ipsam celerius recipiendam, auctoritate nostra et tua arctius studeas districtione ecclesiastica coercere, et si eam ob causam formicationis dimiserit, vel ei reconcilietur, aut ipsum ea vivente continentiam seruari compellas.

Datum Beneuenti II. kalendas februarii.

Farlati. Illyr. sacrum. T. III. str: 191.

CXII. 1169. 30. siečnja. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, nalaže Mireju, biskupu senjskomu, da bude vjeran i pokoran nadbiskupu spljetskom, kao što mu predšastnici bijahu.

Alexander seruus seruorum dei, venerabili fratri Mireo episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Significauit nobis venerabilis frater noster G(erardus) spalatensis archiepiscopus, apostolice sedis legatus, quod cum sibi sis metropolitico iure subiectus, ipsum debita obedientia et subiectione fraudare presumas. Quia igitur non decet te, nec nos possumus aliqualiter tolerare, quod prefatus archiepiscopus, qui tam feruenter et precipua nobis est affectione mentis adstrictus, honoris vel dignitatis sue quamlibet diminutionem sustineat, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem archiepiscopo metropolitano tuo, quemadmodum predecessores tui suis consueuerunt antecessoribus obedire, contradictione et appellatione sublata, debitam obedientiam et reuerentiam promittas, et humiliter ac deuote persoluas ita, quod aduersum te propter hoc iterata querela merito ad auditum sedis apostolice proferri non possit. Sane si te predicto archiepiscopo rebellem amodo, vel minus obedientem esse conceperimus, contumaciam et presumptionem tuam grauiter auctore domino puniemus, quod pena tua subditis erit exemplum, prelatis suis obedientiam obseruandi. Datum Beneuenti tertio kalendas februarii.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. IV. str. 118.

CXIII. 1169. 13. svibnja. U Dubrovniku.

Poslanici pizanski čine savez prijateljstva s Dubrovčani i sa Spljetčani.

In nomine Jhesu Christi veri dei eterni. Amen. Ego Albertus Pisanorum consul et legatus, et Marcus et Burgundius iudex, similiter legati, constituimus et ordinamus tam pro nobis, quam pro toto populo ciuitatis nostre pisane, firmam et illibatam pacem vobis consulibus Ragusii, Vitali et Lucaro et Lampridio et Felicio et Michatio et Dabraslauo, et uniuerso populo supradicte ciuitatis Ragusii, tali modo: Ut quicumque Ra-

guseus nostris in partibus vel in nostro districtu deuenerit, tam ipse, quam et omnis res eius, salue sint et secure et a nullo nostratum violentiam ed damnum patiantur, si vero aliis in partibus qualibetcumque, aliquis Raguseus ab aliquo Pisano inuenietur, nullum ab eo damnum in persona sua vel in rebus suis Raguseus patiatur, nec erit in consilio vel facto aliquis Pisanorum, qualicumque in parte, ut a quoquam damnietatem in persona sua aut rebus suis habeat. Si vero contigerit aliquem Pisanorum, aliquam iniustitiam alicui Raguseo facere, infra triginta dies rationem ac iustitiam plenam coram vicecomitibus vel consulibus vel prelatis nostris, in regione in qua iniustitiam passus est, consequatur. Sin autem in regione illa nullum prepositum habuerimus, a nauclerio nauis que ibi inuenta fuerit, iustitiam similiter habeat. Sed si nauclerius nullus ibi aderit, aliquis vel aliqui Pisanorum bonorum hominum, qui illic intererunt, ad hoc eligantur, ut Raguseo coram eis Pisanus rationem faciat. Hec autem pax in perpetuum a nobis custodietur et obseruabitur, salua tamen fidelitate domini nostri imperatoris Federici. Hanc autem pacem, ut ut prescriptum est, se firmam et illibatam custodire, Marcus vicecomes noster constantinopolitanus, nobis predictis legatis consentientibus, iurauit. Statuimus etiam: ut nullus Raguseus nostris in partibus vel in nostro districtu, aliquem comercium vel aliquam directuram pro qualicumque sua merce, alicui persone priuate vel publice tribuat. Hanc autem pacem in uno quoque anno a nouis vicecomitibus nostris constantinopolitanis iurare faciemus. Hoc actum est Ragusio, in palatio archiepiscopi prescripte ciuitatis. Anno dominice incarnationis, millesimo, centesimo, LXVIIII° indictione secunda. III° decimo die mensis madii. Coram testibus Stephano, Vito, Cerno, Valentino, Nicolao, ciuibus Ragusii, et coram Panchatio (sic) camerario nostro, et Enrigo Pandulfi, Gualfredo Rabie, Giraldo Buchie, Vgolino Petridentis, ciuibus pisauis. Hanc vero pacem quam vobiscum constituimus, et ut suprascriptum est confirmamus, eandem et cum Johanne comite Spalati et omnibus Spalatinis similiter constituimus et confirmamus.

U dubrovačkom okružnom arkivu. Osim izvornika, ima još dva stara prepisa na pergameni.

CXIV. Oko god. 1169—1170.

Občina popovska predbacuje Dubrovčanom da su narušili mir, i pozivlje ih na stanak u Zatonj.

Ѡть поповьске опькине кнеꙁȣ дȣбровьчькомȣ и градьсбои о(пь)кинѣ. то, ере смо ȣгокорили станьки о ȣꙁьмѣхь ȣ недѣлȣ, да ви ни сте рекли, да се станемо на нои странѣ рѣке, некемо (и)ти кь вамь на онȣ странȣ, дѣ ни нѣ ꙁаконь, дѣ ви радославȣ[1] давьше рȣкȣ, тере га веꙁасте. да (а)ко кемо правомȣ станькȣ, ȣ ки дьнь дьрьдев дьнь, ȣ тьде дьнь да се станемо ȣ ꙁатонѣ, дѣ имамо властельскȣ потрѣбȣ. и кака е ваша правина, ȣгокористе, да пȣтника прѣдаде трьстеничане на станьцѣ, тер е бекли мѣнькевикь хранишȣ ȣ градь привель. бог ви даи ꙁьдравие.[2]

Odozdol:

Кнеꙁȣ и опькинѣ.

Matica u c. kr. dvorskom i državnom arkivu u Beču. Ragusa broj 987. Šafařík, Památky, ima više pogriešakah.

---

[1] Živio za vrieme Emanuela cara 1143—1180. Vodeći rat s vel. županom Dešom, zamoli on pomoć od Dubrovčanah. [2] Na drugoj strani pergamene (membrana rescripta) zabilježena su sljedeća, drugom rukom pisana imena dubrovačkih vlastelah:

CXV. 1169—1170. 18. veljače. U Beneventu.

Aleksandro III. papa, piše Gerardu nadbiskupu spljetskomu, svomu poslaniku, neka u razpri što se porodila medju božjaci i biskupom skradinskim, poradi Vrane, darovane po vojvodi hrvatskom Dimitru papinskoj stolici, izreče odluku za božjake.

Alexander seruus seruorum dei, venerabili fratri G(erardo) spalatensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. In registro patris et predecessoris nostri Eugenii pape, annotatum inuenimus, Demetrium quondam Dalmatie Croatieque ducem monasterium diui Gregorii, quod Vrana vocatur, tempore bone memorie Gregorii septimi predecessoris nostri, romane ecclesie obtulisse, cum omnibus mobilibus suis et immobilibus. Unde quoniam inter fratrem nostrum L(ampridium) scardonensem episcopum, et dilectos filios militie templi, super monasterio prescripto controuersia est suborta, presertim, cum idem episcopus hoc ad se iure parochiali spectare proponat; fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus iam dictum monasterium, quemadmodum beato Petro et ecclesie romane fuit a prefato duce oblatum, liberum facias permanere, et memoratos fratres a prelibato episcopo super hoc de cetero molestari nequaquam permittas. Transcriptum autem illius, quod in suprascripto registro inuenimus, tibi presentibus litteris inclusum transmittimus.

Datum Beneuenti XII. kalendas Martii, anno videlicet MCLXIX.

Farlati. T. IV. str. 11.

CXVI. 1170. 30. lipnja. U Verulah.

Aleksandro III. papa, potvrdjuje naredbu spljetskih nadbiskupah Gaudija i Gerarda, da svećenstvo ne mora pridonašati podpore, kad im nadbiskup ide na put k caru grčkomu ili k kralju ugarskomu.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis uniuersis clericis spalatensibus salutem et apostolicam benedictionem. Quotiens ab apostolica sede super aliqua re confirmatio postulatur, ad concedendum debemus faciles inueniri, et rationabilibus votis gratuitum impertiri consensum. Constitutus siquidem in presentia nostra venerabilis frater noster G(erardus) archiepiscopus vester, proposita nobis assertione monstrauit, quod cum inter vos et laicos super ecclesiis, que tenetis, grauis esset questio exorta,

---

. . . . вовнкь. пилипь пеусніжникь. тудьрь млуадасикь. жань сь граждька. думь матѣо лоучикь. матѣина радославикь. марьтинь суунблбикь. журьгь которанинь. калудьрица оть крьтоломѣѣ пальма пикулдрекикь. русинь болеславикь. пилипь мокьрѣминкь. марьтоокь ѣлиникь, петрь пикуларевикь. дьрагуиь монстрь. вьл........ жань гулѣревикь. коленьда матикь ломпьд... тудьрь растикь. доумь томлш крунокикь. дьмитрь тихосьлавикь. ѣков кашица. опатица ѡть семнюия. мала ссеьт(р)а крьсанка кьки. богьдань пижиновикь, миха гамо. вальдесерь боровикь. пуськь беньуулнкь. ѣковица уикулина. побрать маньдеровикь. вьласи расьтикь. бисьти гатальд . . . .

et laici dicerent, quod archiepiscopo nostro, quando ad imperatorem constantinopolitanum vel regem Ungarie esset iturus, adiutorium facere deberetis, predictus archiepiscopus auditis et cognitis rationibus vestris eandem contrauersiam fine congruo definiuit, et vos ab huiusmodi exactione absoluens, ad exemplar bone memorie Gaudii quondam archiepiscopi, vobis libertatem, quam habebatis, auctoritate pontificali corroborauit. Quam utique libertatem vestris iustis postulationibus, grato concurrente assensu, deuotioni vestre, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Verulis VII. kalendas iulii.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. str. 192.

CXVII. Oko god. 1170.

Rosana, opatica sv. Marije u Zadru, prima u samostan i u odhranjenje njekog dječaka Prvoša, kojega je istomu samostanu predala umirajuća opatica Stana.

Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo septuagesimo, indictione III. Ego namque Rosana, cenobii sancte Marie abbatissa, iubeo cartulam recordationis fieri de hoc, quod Stana, uxor Gaudii Nedosecci, moriendo puerum unum nomine Pruosum monasterio beate Marie tradidit tali modo, et conditione, ut illum literas discamus, et si peruenire poterit ad sacerdotium, peruenire faciamus, si autem ipse superbuerit et discere noluerit, in vita sua monasterio seruiat, quicquid ei inperatum fuerit, etiamsi ad sacerdotium peruenerit. Et hii sunt testes, ante quorum presentiam Stana, uxor Gaudii, moriendo predictum Pruosum tradidit: Stana, soror Gaudii, et Dabraza uxor Domaldi. Et ego Johannes sancte Anastasie subdiaconus atque notarius, ut a supradictis testibus audiui, scripsi et roboraui.

Iz zapisnika samostana sv. Marije u Zadru.

CXVIII. Oko god. 1171.

Kaza, opatica sv. Benedikta u Spljetu, daje razvadjati medje zemaljah od Dilata.

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno igitur sacram postquam Christus carnem sumpsit ex virgine, milesimo C. septuagesimo primo, indiccione vero III. (IIII) sub tempore magnifici imperatoris nostri Manuelis, in ciuitate nostra spalatina et in toto regno Dalmacie et Chroacie imperante Constantino Sebasto, in sede quoque beati Domnii residente Gerardo venerabili archiepiscopo, comitatu prephate ciuitatis gubernante Johannes comes, hoc scriptum ut subsequitur, ut posteri (sic) ad memoriam fieret Ideoque ego Chaza dei nutu quamuis indigna, tamen cenobii sancti Benedicti abbatissa, una cum omnibus meis sororibus hoc testamentum scribere precepimus, videlicet de hereditate prelibati monasterii, que in Dillato est, quam per longum temporis spacium maxi-

mam partem de ipso territorio quam antecessores dederant et priuilegium nostrum refert, nobis ignotum erat. Nunc autem diuina prouidencia inuenimus ostensores et loci illius habitatores, qui se supra nominatum territorium certissime scire dicebant et a suis senioribus ostensum habebant, videlicet Juance et Mraci. Nos autem hec ab eis audito, statim cum nobilibus spalatenses usque ad ipsum territorium adiuimus, et ipsi ostensores ad nos vocauimus. Qui venientes, ipsum territorium cum nobilibus nostris et cum aliis loci illius habitatores totum eum circuendo, cum suis signis coram illorum presencia ostenderunt. Inprimis namque incipiente a saxo, in loco qui Turrize vocatur, in qua est sculptum signum sancti Benedicti, et tendit usque ad dubo Budrasi, ibique ipse requiescit, et usque ad caput Spille suptus monte ad Laucelle. Et est terra ad Solinne suptus Malcin lugo, iuxta terras Scindonii ex parte pelagi. Est autem terra suptus vico, qui Ostrog nominatur, subtus Planou. Incipiente vero a Placca et alii lapides qui ibi iacent in via, et tendit usque ad puteum qui Malun vocitatur, et supra ipsum puteum usque ad Calcara. Et est terra suptus Chilmizo et suptus ecclesia sancti Michaelis Pod Cosica, et tendit usque ad Steniza. Et insuper incipiente a capite qui Vipera nominatur usque ad lapis, in qua est fixum clauis ferreum. Post hanc ostensionem venimus ad ecclesiam sancti Cosme et Damiani, que sita est in territorium sancti Benedicti, et ipsum locum Pustizam nominantur, et ibi discurebant ad prandium, fere plusquàm centos homines surrexerunt, hii duos hostensores. Juance et Mraci, et excelsa voce omnibus auditoribus in re vera, que deus est, et in animabus suis dixerunt: quia hanc ostensionem quam nos hodie vobis ostendimus procul dubio veram esse credatis. Hec sunt nomina testium, qui ibi fuerunt: Paulo Acine, Dabrali, Johannee Buzule, Gaudius Sirici, Dabro Oduli, Jurminus Bausi, Pecenego Jacha, Petraca Cauanie, Michaelo Sulize, Petrana Pici, Fusco Torize, Duimo Casari, Lube Diruize, Radde, Pisaule filius, Zanizo, Bolance filius, Gregorio, Tesce filius, Micha, Girgurelli filius. De Sclauis qui ibidem fuerunt inprimis namque: Priban, Otare filius, Desici, Lutoseri filio, et suo filio Dobrona, Goiano, Dragina podzuppo, Desizo, Bratoso, Piruizo, Crucona, Useradi filio, Desimir, Otare filius.

Matica na pergameni u zadarskom samostanu sv. Marije.

CXIX. 1171. mjeseca travnja. U Spljetu.

Spljetčani ugovaraju mir s Klisani i čine naredbe glede prodaje robovah.

In Christi nomine dominantis. Constantini ducis ducatus anno primo, mense aprilis. Nos Spalatini hoc testamentum et stabilimentum pacis inter nos et iupanum Saracenum, atque Bratozai iudex castri Clisse, Radone, Ar . . lii, presbiter Petrus, presbiter Drasinne, nauclerus Vilcodrug, Desinne, Toliso, Oame, Junota, Desimir, Boles(laus), Tolimir, Pomeza, Pinnez, post hoc centum quinquaginta alii conciues Clissani firmauimus, ut nos fideliter amicemus coram duce isto cum eiusque [1] sequacibus et nostro posse eorum iustitias manutenere curemus. Sed et hoc adiecimus, ut si inscienter eos nos ab extraneis comparauerimus accepto pretio, et unum solidum supra eos dimittemus. Quod si scienter ipsos nolente comparauerimus, absque pretio liber discedat, nihil dando. Et si Clisanus Clisanum palam vendiderit, quantumcumque eum vendere possum, vendam. Et

[1] U Luciju stoji pogriešno: ceu et usque et

quodcumque tempore guere a Clissanis contra nos patratum est, cadat, et quod tempore pacis cum ipsis placitare coram eorum iupano et iudicibus debemus; quod si iustitia dictante Clisanus compositus est, componat . . ns vacat, si non persona, et si eorum iupanus aut iudex nobis rectum iudicium non iudicauerit, siue iustitiam non fecerit, nos habemus potestatem eos vocandi coram presenciam ducis . . et si quis latro apud nos, que sunt eorum, furatus fuerit, aut reddat totum, aut tradatur eorum ditioni. Et si quis nostrum super aliquem eorum debitum quesierit, si sine placito eum ceperit, amittat placitum, et si inuenire poterimus, eorum damnum notificemus, et ipsi nostrum campum et omnia que habemus mobilia et immobilia ab omnibus latronibus, absque fraude et malo ingenio custodiant. Et insuper si quis extraneus pro aliqua re pignorare voluerit, antequam iustitiam quesiuerit, vos nos defendere studeatis. Hoc sacramentum firmauimus: Ego Volcinna Sagarelle, Tolmize, Drago iupano, Petrizo Palumbello, Furminus Constantini suo cum fratre, Iure Sulize, Micha Malanarete, Caualea Sole, Binaldo, Zane Marci, Drago Gumay, ceterique centum quinquaginta. Si quis, quod absit, hanc ordinationem cum aliqua fraude et malo ingenio frangere temtauerit, habeat iratum trinum et unum deum, et maledictionem CCCX et octo sanctorum patrum et duodecim apostolis et omnium sanctorum. Ego Duymus leuita et ecclesie beati Domnii primicerius, hoc testamentum scriptor et de hac re existens testis.

Lucius de regno Dalm. et Croat. Lib. VI. cap. IV.

CXX. Oko god. 1170—1171. U Verulah.

Gerardo, nadbiskup spljetski, kori svoje svećenstvo, što mu nepisà, prilikom kad je odpremilo svoje poslanike u Rim.

G(erardus) dei gratia sancte salonitane ecclesie humilis minister et apostolice sedis legatus. L. archipresbytero, primicerio, nec non sacriste, Walgot acolytho, uniuersoque clero spalatensi salutem et orationes in domino. In intrinseca confidentia et pura dilectione, quam circa vos hactenus habuimus, et amodo habere speramus, non modica iugiter admiratione tenemur, quare vestris litteris per nuncios istos non fuimus visitati. Comes etenim cum populo litteris et viva voce verba quadam significauit, volentes nos ad propria utcumque reuerti. Nos nimirum ecclesiam nostram iniuriam aliquam perpeti nequaquam volentes, vobis intimare curamus, domini videlicet pape et cardinalium consilio tali tenore adquiesse, quod presentium latores ad propria debent reuerti, et comes cum uniuerso populo a maiori usque ad minorem, preter manualem fidem iam datam, iuramenta super sancta euangelia solito more debent facere hoc modo: Quod ipsi bona fide et sine aliquo malo ingenio defendent nos et omnia nostra, et aliquam iniuriam perpeti pro eorum posse non permittant, nec cogant nos, nec cogi sinant ad constantinopolitanum imperatorem, aut alibi. Quibus iuramentis exhibitis preparent nauem competentem, saginam vel aliam, et eam usque Bestiam ducant, in qua nos et omnia nostra honorifice valeant deportare. Nos itaque in partibus illis usque ad kal. ianuarii domino concedente erimus preparati. Quod si effectui mancipari non poterit, adnitamini, ut nos in curia commorantes nostris reditibus possimus visitari, adeo enim laborauimus, quod uniuersa, que nobiscum apportauimus, parum aut nihil habere videmus.

Timemus enim, quod si iam dicta executioni mandata non fuerint, domini pape indignatio super vos non extendatur.

Ex archivo Capituli Spalat. Farl. Illyr. Sacr. T. III. str. 193.

CXXI. 1172. U Zadru.

Dešen Slovinov, župan sidražki, dopituje samostanu sv. Kuzme i Damjana, zemljište Mojmirovo, koje mu bješe otcto.

Anno ab incarnatione domini millesimo CLXXII. indictione V. temporibus itaque Stephani regis Ungarie, et Dessenni filii Sclouine, qui tunc temporis iupanus Sidrage erat. Ego namque Niciforus sanctorum Cosme et Damiani abbas, iubeo cartulam recordationis posteris fieri, qualiter ante supradictum Dessenum iupanum et coram pluribus Sclauonie hominibus, aput Tinum, de territorio Moimiri, cum Brucona nepote Plessani, et de vineis abuimus (altercationem) vendiderat enim Brucona vineas quas Moymirus dederat monasterio sancti Johannis, et ipse faciebat suas, suorumque parentum. Ego hostendebam cartulam et testes viuos et mortuos, qualiter prenominatus Moymirus vineas et territorium ob remedium anime sue, suorumque parentum, monasterio sancti Johannis dederat. Tandem diu inter nos altercantibus, iudicauit Desen iuppanus cum aliis qui ibi aderant, mihi Niciforio abbati affirmare cartulam et meos testes, quod itaque compleui, iusiurandum aput Tinum, ante fratres templi: nomine Sadiluc et capelanum et diaconum Stoianum, qui et ipsi reliquias aduxerunt. Insuper et Sclaui ibi multi interfuerunt, quorum nomina sunt hec: Drasimir, filius Comesse, iudex Grubessa, filius Gauzuli, Damianus scutifer, et Dragos, filius Frocci, Vilcinna Tolei filius et . . Tolissa. Deinde completo iusiurando, Desen iupanus dedit pristaldum Dobrannam, filium Johannis Madesiuisi, qui me in vineas et in terrenum misit et pristaustinam dedit. Post hec itaque venit ipse Dobrona aput Jadram, et moriendo uniuersa sicut suprascripta sunt, Tolisio, filio Prodanici iustificatus est; ipse vero Tolisius omnia per ordinem, qualiter sepius scripta sunt, coram Lampredio iadertino archiepiscopo et Dominico Mauroceno comite, Damiano Sluradi, Dauiddo iudice, Martino Petrane, filio Petrizo, Michaeli et Prestancio fratre, et Blasio Mirce et Bolessio, Stephano Cosuti, Stephano Camasi, Dimitrio Cumerzari, Madio Cosse, Trunzanno, Segurlato, Dobrono Zipriani, Prestancio fratre eius, Bitte Prestancii, Prestancio plebano sancti Stephani, Andrea plebano sancte Marie, in ecclesia sancte Anastasie publice testificatus est. Et ego Johannes iadertinus notarius ibidem cum his testibus interfui, scripsi et roboraui.

Polichorion. U arkivu gubernija zadarskoga.

CXXII. 1173. 20. listopada. U Spljetu.

Petar pop i posjednik crkve sv. Mihalja u Sabulu, daruje istoj crkvi njeku zemlju.

In nomine Christi Amen. Ab incarnatione domini nostri Jesu Christi anno millesimo, centesimo, septuagesimo tertio, die XX. mensis octobris. — Ecce ego presbyter

Petrus, cum essem possessor ecclesie sancti Michaelis in Sabulo, quia pertinebat ad me iure predecessorum meorum, et ex ordinatione maiorum nostrorum, et pro memoria posterorum nostrorum, et ne exeat a posteris nostris ecclesia hec, emi unum terrenum supra ecclesiam sancti Michaelis, in collibus denariis VIII. a Pallino, qui fuit de Regustina, et dedit illud huic ecclesie.

Iz pismobrane obitelji Cindrianske. Farlati Illyr. Sacr. T. III. p. 196.

CXXIII. 1173.—1176.

Stanje Ugarske, Hrvatske i Dalmacije, u vrieme kraljevanja Bele III.

Regni Ungarie fines et dominatus amplitudo. In regno Bele regis Ungarie sunt he terre: Ungaria caput regni, Croacia, Dalmacia et Rama. In Ungaria sunt due sedes archiepiscopales, strigoniensis et colocensis. Strigonium habet de curia regis de moneta VI. mille marcas et decimam monetarum, et est metropolis Ungarie. Colocensis sedem habet bachiensem et habet duo millia et quingentas marcas. Suffraganei domini strigoniensis sunt: Episcopus agriensis habens III. millia marcarum. Episcopus woacensis habens septingentas marcas. Episcopus quinqueecclesiensis, habens mille et quingentas marcas. Episcopus geuriensis, habens mille marcas. Episcopus wesprimiensis, habens mille septingentas marcas. Episcopus nitriensis, habens mille centum marcas. Suffraganei colocensis sunt: Episcopus sunadensis (chanadensis?) vel a fluuio preterlabente morisensis, habens duo millia marcarum. Episcopus biarch. cuius sedes dicitur orosiensis (olasiensis) habens mille marcas. Episcopus Vltrasyluanus, habens duo millia marcarum. Episcopus zagrabiensis super flumen Soa, habens mille quingentas marcas. In Dalmacia sunt duo archiepiscopatus: iadrensis (iacezensis) habens quingentas marcas, espaletensis, habens quadringentas marcas. Unde espaletensis et insimiliter (iadrensis) habent suffraganeos decem. — Rex Ungarie de reditu monete sue habet sexaginta millia marcas per annum. Idem habet de sale suo XVI. millia marcas. Idem habet de pedagiis et passagiis et mercatis seu foris, que omnia sunt, XXX. millia marcarum. Idem habet de alienis hospitibus regis de Ultrasyluas XV. milia marcarum. Idem habet de sua tertia parte de septuaginta duobus comitibus suis de redditu annuo XXV. millia marcarum. Idem habet de duce Sclauonie, per annum X. mille marcas. Unusquisque comitum LXXII. semel in anno regem Ungarie procurat, et ante quam de mense surgat, dona dat munus centum marcarum, et aliquis eorum II. C. marcas. In quibus adminus presumitur summa solius regis larga computatione X. mille marcarum. Et preter hec dona regine et filiorum regis magna in argento, seu pannis, sericis et equis. Et preter hec tricesima. Populus terre regi facit victum plenarium.

Fejér. Codex Diplomaticus Regni Hungarie. T. II. p. 217. E. codice Regio Parisiensi nro. 6238. fol. 20.

CXXIV. 1174. mjeseca veljače. U Mletcih.

Sevastijan Ziani dužd mletački, uzima Trogirane pod svoju zaštitu i oprašta ih od svake prisiljene daće.

S(ebastianus) Ziani, dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie dux, omnibus fidelibus suis ad quos iste littere peruenerint salutem, cum bone voluntatis gratia. Credentes et certa relatione scientes, quod Traurini ad nostram deuotissime existunt fidelitatem, nolumus, ut aliquo modo offendantur, neque tollatur eis aliqua inconsueta strinna, nisi quam ipsi sponte dare voluerint. Quapropter vobis precipiendo mandamus, quatenus eosdem Traurenses et illorum bona custodientes, nullam ab eis inconsuetam strinnam exigatis, sed illam, quam vobis sponte dederint, bene recipiatis . . ne aliqua eis molestia inferente (inferatur?), et quicumque aliter facere presumpserit, nostram se sciat amisisse gratiam. Data mense februarii, indictione VII. feliciter.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. X.

CXXV. 1174. mjeseca kolovoza. U Rivoaltu.

Sevastijan Ziani, dužd mletački, daruje Rogeru Maurocenu, sinu kneza zadarskoga, grad Kesu na otoku Pagu.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno domini MCLXXIV. mense augusto, indictione VII. Riuoalto. Quoniam ad nostri ducatus regimina, que deo propicio suscepimus, pertinet, ut omni cura et instantia, que ordinata sunt, prouisione congrua disponamus. Ideo nos Sebastianus Ziani, dei gracia Venetie, Dalmatie atque Chroatie dux, cum nostris successoribus hanc presentem concessionis cartam damus atque concedimus tibi Rogerio, filio comitis Jadere, castrum Kesse cum omnibus suis habentiis et pertinentiis, intus et foris, usque ad campum Lonis (Leonis?) quod est versus Arbes, quod quidem castrum positum est in insula Pagi, quod est de iure et pertinencia nostra nostrique ducatus, sicut te inuestimus in presentia plurimorum bonorum hominum. Ideoque predictum castrum cum omnibus suis habentiis et pertinentiis, ab intus et foris, sicut supra scriptum est, a die presenti in antea tibi suprascripti Rogerii Mauroceni plenissima potestate damus, cum omni districtu et honore, sicut nobis pertinet, habendi, tenendi, fruendi, atque omnes tuas utilitates faciendi; et hec concessionis carta in sua firmitate permaneat. Ego Sebastianus dei gracia dux, m. m. s. Ego Stephanus Baroci, testis, subscripsi, Ego Marcus Tanoligo, testis, s. Ego Marcus Maurocenus, qui interfui et testis subscripsi, rogatus sum. Ego Joannes Dandulo, testis. s. Ego Vitalis Faletro testis, s. Ego Jacobus Basileo, testis, s. Ego Mauricius Mauroceni testis s. Ego Joannes Encio testis s. Ego Otto Rasticus presbiter et notarius et ecclesie sancti Geruasii plebanus, compleui et roboraui.

Stari prepis u arkivu gubernija u Zadru. Acta Arbensia. Sravni: Lucius: De regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XII.

CXXVI. 1174.

Nikifor, opat samostana sv. Kuzme i Damjana, kupuje zemljišta oko Knina od Vlčine Brukonje.

Anno domini milllesimo centesimo septuagesimo quarto, mense aprili, indictione septima. Ego Niciforus abbas sanctorum Cosme et Damiani, emi a Vilcinna, Brucona cognomine, omnem possessionem quam habuit in Tino, precio XV. romanatis, in presentia istorum testium: Lampridius archiepiscopus Jadre, Vita episcopus arbensis, Prestancius plebanus sancti Stephani, Stanus presbiter, et Siluester diaconus, Gregorius Cozze, Petrus Farine, Borizius Michaelis Pance, me vero voluntarie abbatiam dimitente, successor meus eiusdem s. monasterii abbas Octo nomine, nacione Lombardus, parte supradicti precii, quam non exsolueram, exsoluit, cui supradictus Vulcinna hanc eandem possessionem confirmauit in presencia mea; hec uero confirmacio facta est in curia domini Miri episcopi, qui et ipse testis, Grubessa, filius Gauzul testis, Desimir, filius Ussechna testis, Dobroneg presbiter testis, et frater eius Petricha presbiter testis, Dominicus presbiter testis, Rados, filius Petrichna, testis.

Polichorion. U arkivu gubernija zadarskoga.

CXXVII. 1174.

Spljetčani ustanovljuju zakonom, da žene pred sudom svjedočiti nemogu.

In Christi nomine, anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi MCLXXIV. indictione septima, tempore inuictissimi ac semper triumphatoris domini nostri imperatoris Manuelis, in ciuitate nostra spalatina prominente Constantino Seuasto, in buccaratu Helie. Ego Joannes spalatinus comes, pariter cum Petro iudice, et cum toto eiusdem ciuitatis populo, pari voluntate et communi consilio decreuimus (Lex. de testimonio mulierum non acceptando) etc. ut hoc autem firmum et stabile a modo et semper consistat, iureiurando firmauimus.

Lucius. de regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. X. Žalibože nepriobći Lucić rieči zakona.

CXXVIII. 1175. mjeseca kolovoza. U stolnom Biogradu.

Bela III. kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje zagrebačkomu kaptolu Zelinu i Novi, koja dva imanja bijaše kupio biskup zagrebački Prodan, darovavši ih kaptolu.

Notum sit omnibus catholice fidei cultoribus, quod ego Bela tercius, secundi Geysse regis filius, dei gracia Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rameque rex, cum Albe sancti Stephani regis solempnes agerem dies, zagrabienses canonici cum Ugrino tunc temporis zagrabiensis electo, presencie nostre assistentes, deuotas porrexerunt preces, simul et apostolicas litteras presentantes, quod Prodanus, quondam episcopus zagrabiensis, tria emerit predia: Golgonisa, Zelina et Nouum predium, in propriis distincta terminis. Sed Golgonisa templariis tradidit, Zelina vero et Nouum predium ecclesie zagra-

biensi in usus canonicorum perpetuo habendum instituit. Supradicti vero canonici secundum temporis qualitatem et hominum malignitatem, prouida caucione sibi et ecclesie sue consulentes, iam dicta predia per successores episcopos vel per alios, ne ab ipsis possent alienari, ab apostolica auctoritate literarum confirmacionem impetrauerunt, nostram eciam serenitatem interuenientibus domini apostolici peticionibus postulauerunt, ut institucionem prenominati Prodani episcopi, et confirmacionem domini apostolici, regie celsitudinis priuilegio communirem. Ego vero, ut dignum erat, iustis petencium desideriis facilem prebui consensum, et quia vota eorum a rationis tramite non discordabant, effectu volui prosequente conplere. Concurrens igitur grato assensu eorum postulacionibus, prenotata duo predia, Zelina videlicet et Nouum predium, que bone memorie Prodanus episcopus emit, in perpetuo zagrabiensibus canonicis habendum regia auctoritate institui, et priuilegii regalis patrocinio communiui, sigillo eciam meo et annuli mei impressione roboraui, statuens, ut nulli hominum omnino liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, regalis excellencie iram se nouerit incursurum, et decem marcas auri persoluat. Factum est autem hoc priuilegium anno dominice incarnacionis MCLXXV, regnante gloriosissimo rege Bela tercio, secundi Geisse regis filio. Job strigoniensi archiepiscopo existente, Paulo colocensi archiepiscopo existente, notario Adriano, Farcasio palatino comite, Subano bano, Ugrino zagrabiensi electo, et aliis compluribus eiusdem regni principibus existentibus.

Tkalčić. Mon. p. 3. ex hibro priuilegiorum Episc. zagrab. p. 53. Kerchelich Hist. Eccl. zagrab. p. 78. Farlati Illyricum Sacrum. T. V. p. 355.

CXXIX. 1175. 15. studena. U Zadru.

Zadarski sud dopituje samostanu kaludjericah sv. Marije zemljište u Petričanih, kraj crkve sv. Vigilja.

Anno domini et saluatoris nostri Jhesu Christi, millesimo centesimo septuagesimo quinto, quintodecimo die mensis nouembris, indictione octaua,. Jadere. Temporibus equidem Sebastiani Ziani, ducis Venecie, et Lampredii venerabilis iadertini archiepiscopi, atque Dominici Mauroceni eiusdem ciuitatis comitis. Diuina prouidencia ideo principes et iudices in mundo constituuntur, ut praua corrigant, et que iusta videntur, legaliter examinantes ad rectum deducant tramitem. Igitur nos quidem Lampredius dei gracia sancte iadrensis ecclesie venerabilis archiepiscopus, et Dominicus Mauroceni comes egregius, dum in nostre ciuitatis platea resideremus, una cum nostris iudicibus Grisogono, filio Zauarelli, Voticarra Bergulli et Dauid Grubinice, atque consulibus, Petrizo Michaelis Panze, Gregorio Cose, Dimitrio, filio Sane de Spirso, ac Micha Petrizi, multisque aliis nobilibus iusticiam pertractantes et unicuique eam poscenti legaliter diffinientes. Tunc venit ante nostram presenciam, Damania, filius Zigali, cum filiis Fere Jacobo et Johanne, et filiis Vitaze, Petrizo et Lampredio, Maldenario, Petrissa, filio Oure, Lampredio, filio Bogdani, et conquerebantur se aduersus Rosanam abbatissam sancte Marie, de illa terra, que permanet iuxta sancti Vigilii ecclesiam, in loco, qui dicitur Petrizani, a mari usque ad riuum, et a riuo usque ad bregum, quemadmodum vadit usque ad alium riuum, suam-

que esse dicebant. Nos vero, prenominatus archiepiscopus Lampredius et Dominicus Mauroceni comes, cum Damiano, filio Sloradi, Prodano Karanie, Madio, Johannis Greci, multisque aliis nobilibus, et cum ipsismet euntes, vidimus dictam et assignatam terram et post Jadram sumus reuersi. Nam et prenominati nostri iudices ac consules iusto legis iudicio decreuerunt, ut dicta abbatissa Rosana cum tribus suis monialibus iuraret, quod dicta terra sua foret. Et si Damania Zigali cum duodecim suis propinquis secundum quod dicebat iuramento vellet firmare, prescriptam terram acciperent. Qui penitus iusiurandum sperneutes, illud sepedicte abbatisse Rosane dederunt. Que itaque coram nobis iurans, assignatam et predictam terram in sancte Marie monasterio dedimus. Et hec nostre diiudicacionis pagina in sua semper maneat firmitate.

† Ego Lampredius dei gracia iaderensis archiepiscopus, manu mea scripsi propria.
† Ego Dominicus Maurocenus dei gracia Iadere comes „ „ „ „
† Ego Crisogonus iudex, manu mea scripsi propria.
† Ego Voticarra „ „ „ „ „
† Ego Dauid „ „ „ „ „
† Ego Petrizo Michael. Panze „ „ „ „
† Ego Gregorius Cose „ „ „ „
† Ego Dimitrius „ „ „ „
† Ego Micha Petrizi „ „ „ „
† Ego Matheus sancte Anastasie subdiaconus atque iadrensis notarius, iussu curie scripsi, roboraui et consueto signo signaui.

Iz starog zapisnika samostana sv. Marije u Zadru. Matica pisana na podugačkoj pergameni.

CXXX. Oko god. 1175. U Zadru.

Razvod medjah zemlje Petričani.

Hi sunt termini terrarum ecclesie sancte Marie monacarum, que permanent in loco qui dicitur Petrizani:

Primum incipiendo a mari usque ad puteum, qui est iuxta terram sancti Platonis, et ab eodem puteo usque ad Bregum, qui est a superiori parte, quemadmodum dictus Bregus discurrit ab australi parte super aquam. Et a terra Desinne filii Mrate usque ad puteum, usque ibi conuicimus, vallis magna sicut iacet usque ad Carsum, et a Carso quemadmodum Bregus iacet usque ad mare supra terram Desinne filii Mrate; a boreali parte ut Bregus iacet usque ad puteum, a puteo vero usque ad Carsum, et a Carso usque dum homo potest laborare. Deinde veniens in dextra parte ad solis occasum, incipiens a Carso, in quo quedam erat oliua usque ad terram Miche nepotis filii Grilizi. Postea inde descendens, et veniens usque ad terram Petri Farine, ut ferebatur.

Hec omnes sunt terre cenobii sancte Marie, quas a quibusdam ratione ibi conuicimus sub tempore Cerne, Cucille filii, prudentissimi viri nostri aduocati.

Iz zapisnika samostana kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CXXXI. 1176. U Spljetu.

Samostanu sv. Petra gumajskoga dopituju se njeke pod parbom bivše zemlje.

In Christi nomine. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo, centesimo, septuagesimo sexto. Indictione vero nona, regnante domino nostro Manuele sanctissimo imperatore, et in sede beati Domnii presidente domino Rainerio, venerabili archiepiscopo, et in ciuitate spalatina existente comite Martino, et in buecaratu Miche, filii Predani, hoc actum est. Cum instantis temporis omnia sint momentanea et transitoria, et queque dilapsa nullum ulterius possint habere recursum; congruum valde ac laudabile fore asseritur, ut quecumque sint digna memorie, ea sollicitudine et cautela priuilegiis annotentur, quod presentibus fidem faciant, et pro his que scripta fuerint, omnem ambiguitatem et errorem a cordibus audientium plane remoueant. Ea propter ego Johannes, sancti Domnii sacrista et procurator monasterii sancti Petri de Gomai, una cum Roberto eiusdem monasterii preposito, et cum iuppano Talmazo, et cum consensu omnium fratrum predicti monasterii, et de voluntate uniuersorum parentum, hoc memoriale scribere fecimus. Factum est in prenominato tempore quod quidam Sclaui Adrianiki videlicet, Predanus scilicet cum parentibus suis Sclauis, et quidam Latini, videlicet Jacobus de Aprizi, qui fuit eorum aduocatus, Dabrali, Cascarus, Prodanne, Cicla, Paulus, et Nicolaus de Caloianni, et omnes eorum parentes, insurgentes aduersus monasterium sancti Petri de Gomai, ceperunt petere terras, que sunt in loco qui dicitur Stilpiza, asserentes utique: quod prenominate terre eisdem pro suo parentatu pertinerent, et hereditario iure ipsas possidere volebant. Tandem vero ad placetum deuenimus, et in presentia domini Rainerii venerabilis spalatensis archiepiscopi, et aliorum nobilium virorum, tam laicorum, quam clericorum, nomina quorum inferius leguntur, placetum habuimus. Hoc modo: Conquerebantur itaque predicti Adrianiki, de prefato monasterio, quod memoratas terras sibi per violentiam et usurpationem retineret. Quibus denique iuppanus Talmazo, noster aduocatus, de voluntate, et mandato omnium nostrum ita respondit: Monasterium sancti Petri de Gomai, a longis retro temporibus sepedictas terras possedit, quas quidem terras, Rossene Moristicus prius donauit monasterio sancti Petri de Gomai, et post mortem ipsius Rossene Moristici, Petrus Slauus, filius eius, et Slauizo, auunculus eiusdem Petri Slaui, prenominatas terras in supradicto monasterio confirmauit, et eas in pace et magna quiete hactenus possedit, et quod a predictis viris donatione et confirmatione prelibate terre nostro monasterio fuerint tradite. Cartam confirmationis demostrauimus, et in presentia omnium assistentium perlecta fuit. Auditis igitur utriusque partis allegationibus, et visa carta confirmationis pariter, et audita ratione et iustitia dictitante, dominus Rainerius, venerabilis spalatensis archiepiscopus iudicauit: quod ego Johannes sancti Domnii sacrista et procurator cenobii sancti Petri de Gomai, et iuppanus Talmazo, predictam cartam confirmationis veram esse iuramento firmaremus, et terre sepedicte, sicut prius fuerant date et confirmate predicto monasterio, ita essent in perpetuum, et eas in omni quietudine ac sine molestia possideret ammodo et usque in seculum. Sic autem prefate terre describuntur, et terminantur: Ex parte boree est mons, ex australi parte incipiunt a Stilpiza, descendendo usque ad magnum lapidem, qui est supra fontem, et ab illo lapide descendendo usque ad mare. Ex occidentali vero

parte sunt terre de Serecla, continua istis terris, incipiendo a prefato monte usque ad mare. Huius autem placeti pro prelibatis t-rris duo fuerunt dati pristaldi: Dabre videlicet, filius Ottoli, et Alexander seruiens domini Reinerii venerabilis archiepiscopi. Huius autem rei isti sunt testes, in primis: Domnius primicerius sancti Domnii, presbiter Radde, Micha de Malaurata, et Dragus iuppanus. Et ego magister Gualterius, communis notarius, huius cartule scriptor testis sum.

Iz prepisa XVI. vieka, u arkivu kaptola crkve spljetske.

CXXXII. 1177. mjeseca veljače. U Zadru.

Lampredio, nadbiskup zadarski, sa zadarskimi konzuli i vlasteli, čini pravdu medju Rabljani i Rogerom knezom paškim.

Anno domini . . Jesu Christi MCLXXVII. mense februario, indictione XI., temporibus equidem Sebastiani Ziani ducis, et Lampridii venerabilis iadrensis archiepiscopi, atque Dominici Mauroceni comitis. Nos namque Lampridius iadrensis sedis archiepiscopus, una cum nostris consulibus Bar . . nice, Martino Sloradi, Petri Ro . . itaze, et aliis nostre ciuitatis nobilibus, Grisogono iudice, Damiano Sloradi, Vota . . arra, Madio Joannis, greci, Scioppe, Micha Botoluge, Valentino Kessi, Prestancio . . Michael Pance, Lampredio Vitaze, Micha Petrizi, Bolisio de Bonoguali, Martino lip. . . a, et multis aliis, hunc contractum fecimus, volentes resecare controuersiam, que inter arbenses et Rogerium Dominici Mauroceni iadertini comitis filium, de comitatu insule Kesse vertebatur. Nam predictus Rogerius insulam Kesse, incipiendo a columpnis Canuli et Bar . . um, ab introitu ve . . Pagum, sui comitatus, scilicet Kesse fore asserebat. E contra And . . as archidiaconus, Stephanus Maldenarius Miche, iadrenses iudices, Petrus, Dominna Basilii, qui ad huius negotii causam tractandam ad nos venerunt, respondentes dicebant: Manifestum quidem et certum habetur, predecessores nostros, per ducentos annos et eo amplius prefatam insulam possedisse, et coluisse; super hac igitur vos domine archiepiscope, et iadrensium consulum, ceterorumque nobilium prouideat sagacitas, si nos in iam dicta insula cau . . respondere teneminib. Nos itaque Lampridius archiepiscopus, una cum supradictis c(onsulibus) et (n)obilibus . . utramque partem sua iustitia et ratione . . iter destitui, de his omnibus per duos . . m habentes per legem et iudicium statuen . . (de)creuimus, ut arbenses sepe dicto Rogerio eiusque successoribus in perpetuum respondere non de(beant) . . stabiliuimus, quatenus predicta insula Kesse communiter a iadrensibus, arbensibusque hominibus . . coli, pasci et omnibus modis uti, perpetuis temporibus debeatur; et ut presens contractus . . (fir)mus et stabilis . . etim conseruetur, archiepiscopalis sigilli munimine firmauimus, simul et ipsum communiuimus.

Ego Lampridius dei gratia iadrensis archiepiscopus, manum meam misi.
† Ego Andreas dei gratia arbensis episcopus " " "
† Ego Cosmas arbensis archidiaconus " " "
† Ego Andreas presbyter Saldini filius " " "
† Ego Johannes sancte Anastasie diaconus " " "
† Ego P . . dicte sancte Anastasie subdiaconus " " "
† Signum Dauid consulis, qui hoc fieri iussit,

† Signum Martini Sloradi consulis, qui hoc fieri iussit.
† . . trizi Vitaze, qui hoc fieri iussit.
† Signum Grisogoni iudicis, qui hoc scrib . .
† Signum Damiani Sloradi, „ „ fieri voluit.
† . . Madii Johannis greci qui hoc fieri voluit.
† Signum Sciop(pe Micha) Botoluge, qui hoc fieri voluit.
† Signum Valentini Kessi . . nee, „ „ „ „
† Signom Nicolai Mazzaci, qui hoc fieri voluit.
† Signum Dabre Resinne „ „ „ „
† Signum . . taze „ „ „ „
† Signum (Bono)gualdi, „ „ „ „
† Signum Martini Lippe, „ „ „ „

Ego Mattheus sancte Anastasie subdiaconus et iadrensis curie notarius, voluntate prescripti domini mei iadertini archiepiscopi Lampridii, consulum et reliquorum nobilium, scripsi et roboraui, et solito signo signaui.

Et ego Maratha arbensis archipresbyter ac notarius hoc exemplum exemplaui sic (ut) repperii sigillo domini Lampridii archiepiscopi munitum, nec auxi, nec minui, compleui, et (sigillo) consueto signaui.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XII. Farlati V. str 62.

CXXXIII. 1177.

Rajmundo kardinal i poslanik papinski, poziva nadbiskupa zadarskoga sa čitavim svećenstvom dalmatinskim na crkveni sabor u Spljet.

Raymundus cardinalis de Capella, dei gratia sancte romane ecclesie subdiaconus, apostolice sedis legatus, venerabili fratri L(ampredio) iadrensi archiepiscopo, et ceteris episcopis et suffraganeis, atque abbatibus archidiaconis, archipresbiteris uniuersis per eorum episcopatus constitutis, salutem et sinceram in domino dilectionem. Cum dominus papa et sacrosancta romana ecclesia nos ad Dalmatie atque Crobatie partes propter hoc destinauerit, ut pro vigili sollicitudine apostolica, doctrinam et ecclesiasticam disciplinam, in quantum dominus ministraret, ibidem dilataremus, que corrigenda essent corrigentes, et que plantanda plantantes, salubriori habito consilio perspeximus, de omnibus ecclesiarum prelatis, qui in nostra sunt legatione, unum celebrare concilium, ut de communi tantorum patrum auctoritate, que fuerint statuenda, in domino statuantur. Volentes itaque vestris laboribus et expensis, salua honestate, in quantum possumus parcere, et (ut) prelatos superioris Dalmatie non videamur nimium fatigare, in spalatensi ciuitate, in loco sat magni confinii, et propinquo tam vobis, quam eis, predictum concilium auctore domino duximus celebrandum. Ideoque uniuersitati vestre mandanus presenti scripto et auctoritate domini pape, cuius vices licet indigni gerimus, firmiter precipimus, quatenus ad predictum concilium, quod in predicta ciuitate spalatensi proximis kalendis septembris, Christo permittente, sumus celebranturi, ad eandem diem, contradictione et occasione cessante, accedatis, ut que ad honorem dei et utilitatem vestre ecclesie, ad salutem

animarum ibi statuta fuerint et ordinata, tanquam obedientie et discipline filii scire studeatis, et obseruare, subditosque vestros ad eorundem obseruationem diligenter exhortari et commonere, ut sic in diuersis talentis fenerantes, una cum grege vobis credito ad vitam mereamini peruenire sempiternam. Si quis autem vestrum in hac parte, quod non credimus, inobediens extiterit, qui ad prelibatum concilium non venerit, sciat se procul dubio canonice sententie subiacere. De cetero, prefatum? Lucarem familiarem nostrum, quem persepe dicto concilio vocando ad vos dirigimus, fraternitati vestre commendamus, rogantes affectuose et mandantes, quatenus eum benigne tractetis, et nostri amoris, ac sacrosancte romane ecclesie intuitu, sic liberaliter benefaciatis; scientes, quod si eum uti decet, honoraueritis, nos valde gratum habebimus et acceptum, et pro temporis opportunitate libenti animo vobis inde curabimus respondere.

Farlati. T. V. str. 61. i T. III. str. 198. nepudpuno.

CXXXIV. 1177.

Njeki zadarski svećenik, valjda sám nadbiskup, izpričava se Spljetčanom, da nemože doći na crkveni sbor u Spljet, poradi različitih zapriekah, i moli da se isti sbor odgodi.

. . Spalatensi primicerio et eiusdem sedis toti venerabili capitulo, maioribus et magistris et dominis . . uti fratribus, nobilissimo E. comiti, suo carnali consanguineo et ordine filio spirituali, et omnibus eiusdem ciuitatis hominibus . . propinquis . . salutem, orationem et . . est. Qualiter nobis Dalmatinis spalatensis ecclesia, mater, magistra, et domina extiterit, qualiterque ditioni eius tota Dalmatia, obedientia et subiectione subdita fuerit, dominus scit, et homines, vobisque et integre et melius scientibus non est intimandum. Inde est, quod decessorum nostrorum exempla volens multotiens prosequi, a fratribus nostris Iadrensibus multa aduersa patiens, aliquando naui et rebus in ea necessariis ablatis, aliquando naui perforata et in fundum .versa, ut vestrorum multi. qui presentes fuerunt, viderunt; et aliis multis machinationibus ac minis hucusque venire nequiui. Nunc autem desiderio desidero venire, sed prohibeor, quoniam angustie mihi sunt ubique. Si venirem, inciperent . . Veneticorum dicentium, non pro synodo, sed pro nostro impedimento et dolo vadit illuc, amicorum ciuium, rogantium me Venetiam ire pro communitate et libertate et statu terre Iadrensium, Sclauorum, Ungarorum, aliorum(que) aliquorum manibus non euadam. Quapropter vobis et maioribus supplico, ut cum domino legato termino prefixo synodi elongare dignemini, congruo nobis ac pacis tempore venturis episcopis, vel importabilia nobis precepta ac grauamina impossibilia remittat. Alioquin summum appellamus pontificem. Ut cupitis, valete.

Farlati V. str. 61.

*

CXXXV. 1177. 23. srpnja. U Mletcih.

Papa Alexandro III., priobćuje nadbiskupu spljetskomu, svomu legatu; i biskupu trogirskomu, kako je njegov poslanik, vraćajući se iz Sicilije, na putu porobljen od njekih šibeničkih gusarah, zašto im nalaže neka gledaju da se ugrabljene stvari pronadju te isti gusari sa dva kneza koji š njimi bijahu, pak ako potrebno bude, sa svimi stanovnici šibeničkimi, prokunu i izobće.

Alexander episcopus — Venerabilibus fratribus spalatensi archiepiscopo apostolice sedis legato et Michaeli traguriensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Raymundus de Capella subdiaconus noster, a presentia karissimi in Christo filii nostri W. illustris Sicilie regis, ad quem fuerat a nobis et a dilecto filio nostro Jacobo sancte Marie in Cosmedim diacono cardinali transmissus, rediret ad nos, pirate, qui erant in sagettia castri de Seuenico, in qua duo comites erant, Nestos videlicet et Perlat [1] in ipsum et socios suos presumpserunt violentas manus iniicere, et ei quidquid habebat in naui, valens ultra sexaginta marchas argenti, et litteras etiam nostras, et illas etiam, quam prefatus rex nobis mittebat, ut scriptum de d . . pecunie ipsius cardinalis, ei turpiter et inhoneste auferre minime dubitarunt. Super quo igitur tanto mouemur amplius, et turbamur, quanto id amplius in nostram iniuriam respicit et contemptum; cum tantam iacturam et iniurias cuiuslibet clerici, ne dum subdiaconi nostri, non possemus sub taciturnitate et silentio preterire. Quoniam igitur sustinere non possumus, nec debemus, ut tanta presumptio et excessus incorrectus remaneat, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, et mandando precipimus, quatenus illos duos comites, et piratas, et raptores alios, qui in predicta sagettia fuerunt, quantocius moneatis, ut tam litteras, quam etiam ablata nuncio memorato subdiacono nostro, latori presentium, sine diminutione et dilatione cum expensis, quas propter hoc facere coactus est, restituant, et castrum de Seuenico, cuius illa sagettia fuit, ad restituendum quicquid de his ad suas manus deuenit, diligenter inducatis. Si vero ad commonitionem vestram id non fecerint, eosdem et omnes, qui tunc in predicta sagettia fuerunt, contradictione et appellatione cessante, publice accensis candelis auctoritate nostra excommunicetis; et si nec sic infra decem dies resipuerint, in ciuitate Seuenici, et in alia terra communis Seuenici, si eius fuit ipsa sagettia, omnia diuina preter babtisma paruulorum et penitentiam, prohibeatis officia celebrari. Illos autem, qui in predictum subdiaconum nostrum violentas manus iniecerunt, sublato appellationis remedio, publice excommunicatos sine dilatione denuncietis, et eos faciatis sicut excommunicatos vitare, donec uniuersa ablata restituant, et cum litteris vestris nobis et prefato cardinali, nec non etiam eidem subdiacono nostro satisfacturi, ad apostolicam sedem accedant. Qualiter autem idem nuncius cum his, que recuperauerit, ad nos secure posset redire, studeatis solicite prouidere. Per eo [2] si uterque vestrum . . sequendis interesse non poterit, alter et nihilominus exequatur. Datum Venetiis Riuoalti, X. kal. Augusti.

Lucius. Lib. III. cap. X. iz arkiva kapt. spljetskog. Farl. Illyr. Sacr. T. III. p. 197. iz arkiva kaludjericah sv. Ben. u Spljetu.

---

[1] Lucius Poclat. [2] Lucius Parro, Farlati Pereo.

CXXXVI. 1177. 22. kolovoza. U Mletcih.

Aleksandro III. papa, pošilja kardinala Rajmunda de Capella u Dalmaciju, da rieši razpru medju nadbiskupijom spljetskom i zadarskom, poradi priležnosti biskupije hvarske.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri spalatensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter te et venerabilem fratrem nostrum iadrensem archiepiscopum, super episcopatu de Fara controuersia agitetur, caussam ipsam dilecto filio Raymundo de Capella subdiacono nostro, quem in Sclauoniam legatum apostolice sedis dirigimus, duximus committendam; quia cum sit literatus, prouidus, ac discretus, speramus quod eadem causa sub examine suo dignum debeat effectum sortiri. Mandamus itaque fraternitati tue, atque precipimus, quatenus ab eodem subministro nostro propter hoc vocatus fueris, per te vel per sufficientem responsalem eius presentiam adeas, et quod ipse inde statuerit, suscipias firmiter et obserues. Si vero alterutra pars appellauerit, eidem subdiacono dedimus in mandatis, ut ipse nihilominus rationes et allegationes hinc inde diligenter audiat, testes appellatione cessante recipiat, eorumdem iuratorum depositiones studiose conscribat, atque nobis transmittat, prefigens utrique parti terminum competentem, quo debeant cum ipsis attestationibus et allegationibus apostolico se conspectui presentare. Porro si alterutra partium se absentauerit, quominus ad presentiam ipsius subdiaconi nostri accedat, vel requisita valeat inueniri, eidem subdiacono nostro dedimus in mandatis, ut nihilominus testes alterius partis appellatione cessante recipiat, et eorum depositiones transmittat.

Datum Venetiis in Riuoalto, XI. kal. Septembris.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III. 198.

CXXXVII. 1177.

Mateo biskup ninski, moli zaštitu od nadbiskupa spljetskog radi tužbe, koju bješe njeka žena podniela papinskomu dvoru proti njemu, javljajući mu ujedno, kako je papinski poslanik nezadovoljan i zlovoljan razstao se s nadbiskupom zadarskim.

Suo venerabili patri ac Domino R(aynerio) sancte salonitane ecclesie archiepiscopo et apostolice sedis legato, Matheus sancte nonensis ecclesie episcopus licet indignus, salutem et debitam reuerentiam. Visis vestre paternitatis litteris, tam corde, quam animo pergauisus fui, et ad seruitium vestrum, sicut vester clientulus vidit, feruens fui, et in omnibus undique negotiis me viuente, et deo concedente, semper ero. Notificamus vobis sicut patri ac domino, de quodam nostro negotio, videlicet de una muliere de Clino, que de nobis ad curiam domini pape cum fallaciis fecit querimoniam, de decima nostra, quam antecessores nostri semper manutenuerunt, quod apostolicus fecit ei priuilegium, quod de cetero, nec de decima, nec de clero illius ciuitatis potestatem haberemus. Unde deprecando, sicut discreto ac religioso domino, rogamus vobis amore dei, et nostro paruo, et fratrum nostrorum seruitio, ut in constituto tempore auxilium vestrum nobis prebeatis. Et alterum notificamus vobis, quod legatus domini pape mala vuluntate recessit a iadrensi archiepiscopo, et appellauimus ad romanam curiam pro Joanne filio

Bernardi, qui fecit archidiaconum esse voluntatem suam et totius cleri sue ciuitatis. Sciatis quod magister F(erro) iuit, et R(ainerius) [1] vult ire Lumbardiam.

Iz izvorne listine čuvane u pismohrani kaptola spljetskog. Farl. Illyr. Sacr. T. III. 199.

CXXXVIII. 1178. mjeseca rujna. U Mletcih.

Auro Mastropetro, dušd mletački, uzimlje pod svoju zaštitu Trogirane.

Aureus Mastropetrus dei gratia Venetie, Dalmatie atque Croatie dux, omnibus fidelibus suis, ad quos iste littere peruenerint, salutem et dilectionem. Uniuersitatem vestram scire volumus, quod Traurenses omnes fidem nobis seruare volentes, sicut etiam nostris predecessoribus olim seruauere fidelitatem, a minimo usque ad maiorem, nobis iurauere, eapropter eos tanquam fideles nostros diligentes, securos deinceps illos et saluos in personis et rebus eorum esse volumus, eundo, stando, atque redeundo, mandamus igitur vobis et mandantes precipimus, quatenus prefatos Traurenses liberos, atque saluos dimittentes, pro honore nostro dilectionem eis et amorem exhibeatis, ubicumque illos inueneritis, scientes pro certo, quod si aliter facere presumpseritis, nos non modicum offendetis, et insuper nostro subiacebitis banno.

Datum mense septembris indictione XI. feliciter.

Lucius. De regno Dalmatie et Croatie. Lib. III. cap. XII.

CXXXIX. 1178. U Lateranu.

Aleksandro III. papa, potvrdjuje samostanu sv. Kuzme i Damjana sva stečena prava i dobra.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Ottoni abbati monasterii sancti Damiani de Monte, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Et si omnibus necessitatem pacientibus debeamus adesse, religiosos tamen benigniori nos conuenit oculo intueri, ut eo fortius obseruantie sue professionis insistant, quo magis se videant a sede apostolica in iustis postulationibus exaudiri. Et eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Possessiones omnes monasterii sancti Jo-

[1] Imena Ferra i Rayneria spominju se u jednom suvremenom pismu Grgura biskupa barskog.

hannis euangeliste, quod Veneti destruxerunt. Preterea libertates et immunitates [1] que fuerunt prescripti [2] monasterii, vobis et monasterio vestro, quod illius capella fuit, auctoritate apostolica confirmamus. Sane noualium vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas presumat exigere. Liceat vobis quoque clericos et laicos a seculo fugientes liberos et absolutos absque alicuius contradictione ad conuersationem vestram recipere, et in vestro monasterio retinere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum [3] pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat [4] monasterium vestrum [5] temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione hac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et dioecesani episcopi [6] canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo, tercioue commonita, nisi presumptionem suam digna satisfaccione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existente de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore hac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus m. p,
† Ego Johannes presbyter cardinalis ss. Johannis et Pauli tt. Pamachii m. p.
† Ego Johannes „ „ tt. s. Anastasie m. p.
† Ego Joannes „ „ „ „ Marci „ „
† Ego Petrus „ „ „ „ Grisogoni „ „
† Ego Hugo „ „ „ „ Clementis „ „
† Ego Arduinus „ „ „ „ crucis Jerusol. „
† Ego Petrus „ „ „ Susane „
† Ego Hubaldus hostensis episcopus m. p.
† Ego Jacobus s. Marie in Cosmedyn diac. card. m. p.
† Ego Arditio diac. card. s. Teodori m. p.
† Ego Rainerius „ „ „ Georgii ad velum aureum m p.
† Ego Gratianus „ „ „ Cosme et Damiani m. p.
† Ego Johannes „ „ „ Angeli m. p.
† Ego Rainerius „ „ „ Adriani „ „
† Ego Matheus s. Marie noue, diac. card. m p.

[1] Lucius: canonicas. [2] Lucius supradicti. [3] Lucius dodaje: maior. [4] Lucius: fas sit prefatum. [5] Lucius izpustio. [6] Lucius: iaderensis archiepiscopi.

Datum Laterani, per manus Albeni sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, indictione XII., incarnationis dominice anno MCLXXVIII., pontificatus vero domini Alexandri pape III. anno XX.

Izvornik na pergameni, u gubernijalnom zadarskom arkivu. Acta monasterii ss. Cosme et Damiani fasc. III. br. 149.

CXL. 1178. U Spljetu.

Dujam, sin Prestancijev, sa svojim bratom Stanom i ostalimi rodjaci, preuzimlju po izreki suda vojvode hrvatskog, dvorac Jovićev, i zemljišta oko Peruna, što im ostavi u baštinu njihov djed Nikifor.

(Talijanski prevod.)

Nel nome di Christo, l' anno dalla di lui Incarnatione 1178. nel indictione XI. al tempo di Emanuele magnifico et piissimo Imperatore, (Rogerio) Duce in Spalato et in tutto l' Regno di Croatia et Dalmatia il Filocale (?) et arcivescovo Reniero et conte Martino, furono scritte le infrascritte cose a memoria dei posteri, et accio per l' avvenire non nasca contesa in questa materia Jo Doimo figliolo di Prestantio, insieme con il mio fratello Stano, et con tutti i miei parenti, Paulo, Micha, Prodani, figlioli di Marco Digo, habbiamo voluto che sia fatta questa nota, cioe della corte di Zovigo, et de tutte le sue pertinenze, quale è nell' luogo detto Perun, et quale il predetto Zovig haveva dato a Niceforo nostro avo, quando essendo preso insieme con Sandolo, fui (fú) da lui liberato et riscosso. Et il predetto Niceforo possede detta Corte, et la lascio a suoi heredi. Occorse la guerra de gl' Ungari, per la quale apena mi arrischiavo uscire dalla città. In questo mente alcuni Schiavoni detti Cucari, et i figlioli di Beriuoy, spinti da diavolo, lavoravano nascostamente la predetta corte et altre terre. Piaque alla divina clemenza, che si quietassero i rumori, et che noi havessemo comodo di procurarli non perdere quello, che ne avevano lasciato i nostri avi, anzi che ne aquistassemo delle altre, et peró nel medesimo tempo anco di Filocale (?) Duca supradetto, cominciassimo a investigare sottilmente di quelli, che occupavano la predetta Corte, et altre terre, li quali ritrovati con il sigillo del Duca, li chiamassimo alla sua presenza e venissemo con loro in contrasto. Il Duca veramente con il suo giudice Bratagna et con altri nobili sentendo il contrasto dell' una et dell' altra parte, et considerato il tutto sottilmente, et con discretezza ne diede con giusto suo giudizio due Pristaldi, che si metessero in possesso dell' heredità, cioè Plasco Adrianico et Vilcico figliolo dell arciprete di Clissa, con i quali, et molti nobili tanto Schiavoni, quanto Spalatini, i nomi di quali sono di sotto scritti, andassimo al heredita, et ne pigliassemo il posseso. Prima cominciando dalla pietra che in schiavon si chiama Smicamice, nella quale habbiamo scolpito la prima lettera del nome del nostro avo, cioè un N. et andando in lá verso l' oriente a dritta era un' altra pezza di terra, habbiamo ancora ivi posta la medesima lettera, et un poco in lá dalla parte di tramontana, in un altra pezza di terra habbiamo similmente fatto il medesimo segno. Andando poi all' in giú, secondo che tira il monte pino alla riva del fiume dove si dice Brod, et dopo siamo ritornati dove habbiamo posto la prima pietra, con i Pristaldi et altri nobili che erano presenti, et

ivi dessimo due romanati alla presenza di tutti a Plasigo Pristaldo, et un romanato e mezzo a Vilcico figliolo dell arciprete. Fatte tutte queste cose, tutti d' accordo arivassimo alla chiesa di santa Maria, et essendo stati ivi tutto il giorno mangiando et in conversatione, et poi ritornassimo a casa. Questi sono i nomi di testimoni che furono presenti, quando ne fu dato il possesso di detta heredità. Prima: Pre Cosimo per nome Mocibob, Desa Stefanelli, Bugula Andriga, Lucaro figliolo di Petrarca, Bratta Muca muraro, il quale fece i segni nelle pietre della predetta heredità, Radolo figliolo di Gana Mesagallina, Miha figliolo di Beta Suliga. I nomi veramente delli Schiavoni sono questi: Vilcina figliolo di Pritina, Sebenna figliolo di Boiano, Sonion et suo fratello Giacomo figlioli del conte Nicola Aprico, Raddo figliolo di Bralco, Mergen figliolo di Girgo, et suo fratello Desen, Pribina figliolo di Draguno, Vilcoy figliolo di Sinda, Dragonico figliolo di Vratinego, Chualc figliolo di Ugrino, Radona figliolo di Nobba, Bucala figliolo di Drusa, Malesa figliolo di Tirpesa, Bruto figliolo di Dragun, Stresimiro figliolo di Trusello, et assaissimi altri, i nomi di quali per tedio si é tralasciato di notare, et io Sabatio ho scritto et fui presente.

De zavod:

Fatto questo così, come è predetto, compito l' anno et incominciando il secondo, tolto il possesso di detta heredità, si levo un certo, tentato dal diavolo, chiamato Mergen figliolo di Girgo, contra di me Duimo di Prestanzo, et mi molestó di due pezze di terra, una delle quali e sotto la Capella et sopra la strada dalla parte d' occidente, et l' altra che è al Fiume dalla parte sopra la strada, vicino alla terra nostra la quale lavora Vilcona, dicendo, quelle terre essere de suoi genitori. Per le quali terre piu volte molestato, finalmente compari con lui avanti il Conte Aprico. Il qual conte udite le ragioni dell' una e l' altra parte, all' usanza schiavona ne rimesse alla consuetudine, ma avanti che capitarsi con lui alla consuetudine, incominciò a domandarmi un romanato, per l' accordo era anco prestaldo, così consigliato da mei propinqui Paulo Saranovo, Giovanni, Marco, et altri, acciò lui renunciasse, come fece, a ogni ragione, et attione che ivi cre desse havere, promettendo di non molestare per l' avenire noi ne nostri fratri (?). Presenti per testimonio Andrea Angelo, con il chierico Delvrina Batiana.

Et io Sabatio chierico ho scritto.

Documenti di San Stefano di Spalato. Rukopis u mletačkoj knjižnici sv. Marka. MSS. Italiani. Class. V. Cod. LI. str. 40.

CXLI. 1178. 21. listopada.

Isak, opat samostana sv. Stjepana kod Solina, mienja njeke zemlje samostanske sa zemljom Kobila, svojinom Bete, žene Mesagalinove i nje Sina Rade.

Nel nome di Christo. L' anno dall' Incarnatione del Signore MCLXXVIII. nell' Indictione XI. a di 21 del mese di ottobre. Jo Isach abbate di san Stefano, con il consenso di tutti i miei confratelli, abiamo cambiato la terra della Cobilla, con donna Betta moglie di Giovanni di Mesagallina, et Rado suo filiolo, per la quale habbiamo dato quelle che

erano di nostra ragione anticamente. Furono a ció testimoni: Giovani Prugola et Sabatio chierico, quale ha scritto.

Documenti di San Stefano di Spalato. Rukopis u mletačkoj knjižnici sv. Marka MSS. Italiani. Classe V. Cod. LI. str. 40.

CXLII. 1178. 21. listopada.

Izak, opat samostana sv. Stjepana kod Spljeta, daje u zamienu samostansku zemlju u Retosiću, Beti, ženi Ivana Mesagaline i nje sinu Radu, za zemlju Kobila zvanu.

L' anno dall' Incarnatione del Signore MCLXXVIII. l' Indictione XI. a di 21. del mese d' ottobre. Jo Isack abbate di san Stefano con i miei frati di comun conuento, habbiamo cambiato la terra Cobilla con donna Betta moglie di Giovanni Mesagallina et Rado suo figliolo, per la quale li habbiamo dato a Retosig la terra che anticamente fu del monastero di san Stefano. Furono presenti a questo per testimonij Giovanni Rugola, et Sabatio chierico, qual ha scritto la presente.

Doumenti di san Stefano di Spalato, rukopis u mletačkoj knjižnici sv. Marka MSS. itaMiani Classe V. Cod LI str. 61. Ova listina biti će po svoj prilici ista s prvašnjom, ali je različna u prevodu.

CXLIII. 1178.

Grgur, nadbiskup barski, priznaje prvenstvo nadbiskupije solinske nad čitavom Dalmacijom.

Venerabili patri suo et domino R(ainerio), dei gratia sancte salonitane ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato, G(regorius) antibarensis minister licet immeritus, salutem cum reuerentia. Ex antiquis rescriptis et monumentis antecessorum meorum et diuersis aliis coniecturis veritatem perpendens, quod salonitana ecclesia totius Dalmatie dominatum et primatum quondam obtinuit, et quod diocletana ecclesia, cuius vices antibarensis ecclesia in se recto transtulit consilio, in metropolim predicte salonitane ecclesie consensu se ordinauit, reuerentia sue matrici seruata. Satis et satis mecum reputans tam grauissimum excessum potius cum honore fore sepeliendum, quam quod ut ad consequentiam et exemplum traheretur. Ut illa nobilis ecclesia tam mundissimis monumentis decorata, diutius in tantum sua priuaretur nobilitate, hinc inde quoque curiosius satis permansi, volens debitam decenter reuerentiam domine mee firmiter exhibere. Nuntium certum hoc agendi per me tamen non inueniens, tandem dominus trinus et verus, qui pia gubernatione quemlibet amplectitur, fidelissimos nuntios vestros magistros F(errum) et R(ainerium) qui supra certa seruitia vestra tractare procurant, mihi multa voluenti dirigere destinauit. Quorum auidis precibus sufretus, et quibus inclitam vestram volunptatem referentibus, iam ecclesiam vestram in matrem et dominam recognoscere destinaui, et ei debitum honorem et reuerentiam ceu domine speciali exhibere. Ita tamen, quod mihi ad pallium ad vestrum seruitium, a curia romana inquirendum, tanquam in negotio proprio curiosius existatis, et quod consilium, auxilium et a(di)utorium huic ecclesie antibarensi cum successoribus vestris, mihi et successoribus meis perpetuo vos et vestri

successores impendatis, et quod dominus papa hoc velit, vobis incumbat. Me ante eundem hoc dominum papam attestaturum personaliter vel internuncio omnino fore sciatis.

Illyricum sacrum. T. III. str. 200 iz arkiva kaptola spljetskog. T. VII. str. 24.

CXLIV. 1178.

Stanici, rečenomn Valaru, zabranjuje sud da nesmije pobirati daće od mlinah solinskih u sedmici božićnoj i uzkrsnoj.

Prevod talijanski.

Nel nome di Christo. L' anno dalla di lui Incarnatione MCLXXVIII. nell' indictione XI. Nel tempo di Grubesca conte, Formino giudice, et vicariato di Radolo nepote di Mesagallina. Riscotendo Stanicha detto Valar l' entrate di molini, che sono in Salona, per dono di bano Nicolo, credeva anco di riscuoterli le settimane di Pasqua et Natale, come faceva le altre settimane, essendo pero venuto alli molenari per riscuotere in dette settimane il tributo, tutti i monaci e particularmente il monasterio di san Stefano s' opposero a questa riscossione et contradissero, et perciò recorsero a Spalato a Formino Giudice. Pretendeva detto Valar et diceva: che in ogni tempo i tributi dei molini si devano pagare, et i monaci dicevano; che per Pasqua et per Natale, cioè in quelle settimane non erano tenuti a pagare alcun tributo, et sopra ciò nominarono i testimoni: Cuciga et Vilcona staffieri del Re, et altri artegiani de Clissa, et non potendo i molinari fuggere li loro attestati, elessero ad esaminarli Vilzano Pristaldo, il quale interrogati i sopradetti sopra le anime loro, testificarno, che mai nelle predette settimane hanno riscosso ne veduto riscuotere tributo, siche i molinari guadagnarono la causa et Valar resto perdente. Io prete Sabatio nodaro giurato del Comune ho scritto.

Documenti di san Stefano di Spalato, rukopis u mletačkoj knjižnici sv. Marka. MSS. Italiani. Classe Cod LI. str. 45.

CXLV. 1178.

Odlomak listine, kojom priznavaju Spljetćani gospodstvo Emanuila cara grčkoga.

MCLXXVIII. indictione XI. tempore Manuelis imperatoris, in ciuitate Spalatina, Raynerio venerabili archiepiscopo cathedram archiepiscopalem regente, comitatum vero predicte ciuitatis obtinente Martino comite.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. X.

CXLVI. Oko god. 1178. 24. studena. U Ananji.

Aleksandro III. piše Teobaldu nadbiskupu zadarskomu, neka umiri Zadrane, koji se uzbuniše radi nove papinske naredbe, kojom gradski patriarka dobi pravo potvrdjivati i posvećivati nadbiskupa zadarskoga.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri T(ebaldo) iadertino archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Ex fraternitatis tue litteris et rela-

tione illorum, qui litteras portauerunt, te apud Fossam nouam dolenter audiuimus infirmari; compacientes autem infirmitati, oramus ut fortior per gratiam omnipotentis resurgas, et apostolum imitatus, glorieris in infirmitatibus tuis, ut inhabitet in te virtus Christi. Ex ipsarum quoque litterarum tenore nobis innotuit, quod clerus et populus ciuitatis tue, licet te honorifice susceptum deuote ac reuerenter audissent, postea vero de promittenda venerabili fratri nostro gradensi patriarche obedientia, intellecto turbati, et moti sunt ultra modum. Miramur autem plurimum, quod sicut te significante accepimus, adquiescant, ut eorum archiepiscopus a prefato patriarcha consecrationem recipiat, et ad ipsius concilium vocatus accedat, confirmationem autem electionis a patriarcha fieri vel ad eum appellari firmissime contradicunt. Sane maius aliquid est consecratio, quam confirmatio electionis, sicut euidenter apparet. Consecrari quidem non potest quis, nisi ab eo qui plenitudinem habet pontificalis officii. Confirmari autem electio alicuius ab electo metropolitano, vel primate potest, aut etiam a capitulo si ecclesia vacat. Appellationes vero a metropolitano ad primatem fieri, canonicum est, et in gradensi et iadertina ecclesiis, a tempore felicis memorie predecessoris nostri pape Adriani, hactenus obseruatum. Ceterum Venetia in unitate catholica laudabiliter stetit, et fuit ciuitas refugii episcopis et aliis ecclesiarum prelatis, qui de Lumbardia, Tuscia, et Marchia a sedibus propiciis instante schismate illuc diuertere voluerunt, in reformatione quoque ecclesie imperii, qualiter sedem apostolicam adiuuerint et honorauerint, ad tuam credimus notitiam peruenisse. Quia igitur sollicitudini tue manet subiectos a presumptione sua compescere, cum non debeamus sequi populum, set docere, nec tibi molestum videri debet obedire iam dicto patriarche, velut primati, cum scriptum sit, qui se scit aliis esse prepositum, non moleste ferat aliquem sibi prelatum, set obedientiam, quam exigit, ipse dependat. Fraternitatem tuam per apostolica scripta monemus, mandamus atque precipimus, quatenus infra tres menses postquam iadertinam inieris, pergens Venetias, eidem patriarche obedientiam, et reuerentiam primati debitam, occasione, et excusatione cessante, promittas, et impendas, et clerum, et populum tuum ad idem, sicut te decet, inducas, ita quod ipse patriarcha continue materiam conquerendi non habeat, nec inter Venetos et Jadrenses grauis ex hoc, et periculosa discordia oriatur. Alioquin usum tibi pallii interdicimus, et te consecrandi suffraganeos tuos, et ecclesias dedicandi auctoritate priuamus. Datum Anagnoni octauo calendas decembris.

Iz rukopisa: Liber Pactorum T. I. charta 40. u mletačkom arkivu; i T. I. N. 62. u c. kr. dvorskom arkivu u Beču. Farlati T. V. str. 63. imade iz Dandulove kronike samo ulomak ovoga pisma.

CXLVII. 1178. Na Rabu.

Sud rabski priznaje, da pop, ako je glava zadrugi svoje obitelji, ima biti glede upravljanja i računah odgovoran svomu biskupu, a ne knezu.

Anno domini MCLXXVII(I) indictione XI. Tempore itaque Sebastiani ducis, ac Andree episcopi, et Nicolai comitis, Stephani ac Michaelis iudicum. Nos quidem arbensis clerus hanc testamenti cartulam fieri facimus posteris perpetuo habendam. Igitur cum prefatus episcopus ac comes et iudices, una insimul cum aliis nobilibus ho-

minibus, post altare sancte Marie causa consilii congregati essent; tunc quidam diaconus Johannes nomine, proclamauit se vim pati a comite, dicens: Ego namque cum sim maior omnium domus mee, et mater vidua, fratres ac sorores sub me sint, unde ego de eis rationem facere debeo domino episcopo meo, dominus comes me cogit sibi rationem facere. Tunc vero prenotatus episcopus et clerus dederunt se in testimonium predictorum iudicum ac aliorum nobilium, de hoc iure ecclesie. Ipsi nempe in consilio venerunt, et conuocato consilio testati sunt ita: Quatenus clericus cum sub se matrem viduam habet, et ipse etate omnium fratrum ac sororum maior est, et una insimul omnia communiter habent, et omnia communiter inueniunt ac perdunt, et hoc probabile esse potuit: cui clericus rationem facere debet, ipse et omnis eius domus, et si alias frater aut soror alicuius clerici in matrimonio se iunxerit, et a clerico exierit, et in domu per se moratus fuerit, iam ille non debet alicui rationem facere nisi comiti, et clericus cum subiectis episcopo. Predicti iudices testes: Albertus Betraldi, testis. Dabraua Theodori, testis. Petrus Zuane, testis. Petrus Canatalie, testis. Diminna Baxilii, testis. Micha Siluestri, testis, et nonnulli alii.

Ego Stephanus sancte arbensis ecclesie diaconus, ac notarius scripsi et roboraui. Ego Gabriel scriptor sacri palatii notarius, hoc exemplar exemplaui, et sicut in exemplari continebatur, ita et in isto continetur, nihil addens vel minuens, nisi quas in eo inueni existere litteras, plus minusue, et roboraui signo meo atque § Ego Michael Federici Dragi, sacri palatii notarius hoc exemplaui, nihil addens vel minuens in eo, quod summam mutet, vel tenorem.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. V. str. 237.

CXLVIII. 1179. 24. lipnja. U Lateranu. [1]

Aleksandro III. papa, piše patriarku gradskomu, da je na prošnju zadarskog svećenstva izabrao i posvetio za nadbiskupa zadarskog biskupa egubijskoga, (Tebalda) nu da zato pravo patriarke, glede posvećenja, ni malo povriedjeno nije.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri gradensi patriarche salutem et apostolicam benedictionem. Cum defuncto iadrensi archiepiscopo, clerus loci in terra non posset electionem concorditer facere, quosdam de clericis, et laicis suis ad nostram presentiam destinarunt, plenam eis potestatem prebentes eligendi archiepiscopum, vel recipiendi quem eis apostolica sedes decerneret prouidendum. Qui siquidem venerabilem fratrem nostrum egubiensem episcopum, virum religiosum et honestum in archiepiscopum suum pariter elegerunt, et nos electionem ipsius confirmantes, ipsum eis concessimus in pastorem. Uude quod idem archiepiscopus de manu tua consecrationis munus,

[1] Ovu listinu stavio sam pod godinu 1179. jer je ove godine dne 24. lipnja papa Aleksandro III. doista bio u Lateranu, izdavajući tamo ostale bulle od 15. svibnja do 22. srpnja, dočim je godine 1180. na rečeni dan bio u Tuskulanu, a g. 1181. u Viterbu. Jednu godinu prije 1178. umro je takodjer predšastnik Tebaldov, nadbiskup Lampridio, te je jur godine 1179. imao Tebaldo sjediti na stolici nadbiskupije zadarske, pošto se iste god. u početku na stolici njegove bivše biskupije egubijske spominje njegov nasljednik Oftredo.

sicut ecclesie tue priuilegium continet, non accepit, cum ipse pontificali officio preditus, consecratione tua vel nostra nequaquam egerit, statuimus, quod nec tibi, nec ecclesie tue, debeat in posterum preiudicium generare, sed prout in eodem priuilegio continetur, tibi tuisque successoribus iadrenses archiepiscopi tam consecratio quam confirmatio reseruetur. Datum Laterani decimo octauo calendas iulii.

Iz rukopisa Liber Pactorum. T. I. charta 41. u mletačkom, i u c. kr. dvor. arkivu u Beču.

CXLIX. 1179. 27. listopada. U Jablancu.

Njeki župani hrvatski čine mir sa Rabljani.

Anno dominice incarnationis MCLXXIX. indictione XII. Nos quidem Malichuicus filius Borisclaui iupani, una cum fratre meo Stroiano iupano, et Porugano, ac Mir. o filio Bogdani iupani, et aliis nostris parentibus, cum in Ablana fuimus insimul cum Andrea arbensi episcopo, Stephano et Micha iudicibus, Dabrana Theodori, et aliis nobilibus, missi causa pacificandi controuersiam, que inter nos et Arbenses erat; pacificata controuersia, placuit nobis renouare pacem et amicitiam cum Arbensibus, ita, ut ipsi securi, et omnia eorum secura, tuta in partibus nostre dominationis sint, ac pro posse nostro . . possessio nostra que a parte maris est, sit communis tam vobis, quam nobis, pascendi, laborandi, venandi, et quidquid placuit faciendi. Et e contra nos et nostra omnia sint secura in dominatione vestra. Insuper ecclesia sancti Nicolai, quam edificauimus, volumus quod Arbenses sint hereditarii ex ea, sicut et nos, omnia que ad eam pertinent communia sint tam Arbensium quam nostrorum. Unde nos iubemus hanc cartulam fieri perpetue memorie commendandam, ut a modo in antea et in perpetuum hoc firmum et stabile permaneat. Ego Stephanus arbensis ecclesie diaconus ac notarius, iussu eorum scripsi et robaraui VI. kalendas nouembris. Ego Miratha arbensis archidiaconus presbiter et notarius, hoc exemplum exemplaui, sicut in eius matre reperi, nec auxi, nec minui, compleui et roboraui, et signo consueto signaui. Ego Stephanus Georgii de Simone, examinator, manum misi. Ego Antonius de Padoua imperiali auctoritate notarius arbensis, de mandato curie arbensis hoc exemplum exemplaui.

Farlati. Illyricum Sacrum T. V. p. 238.

CL. 1179. Na Rabu.

Dvanaest Rabljanah potvrdjuje zakletvom stari običaj, da kad je pop na čelu obiteljske zadruge, ima zajedno sa zadrugom u svemu odgovoran biti svomu biskupu, a ne knezu.

Anno domini nostri Jesu Christi, M. C. septuagesimo nono, indictione VIII. (XIII). Tempore quidem Sebastiani Ziani ducis Venetiarum, Dalmatie atque Croatie. Andreas episcopus arbensis quesiuit et interrogauit duodecim homines, qui ad ecclesiam sancti Leonardi iurauerunt, iudicare iudicio et ostendere, quomodo nauigare debent suum comitem? ut ipsi dicerent sub illo idem sacramento, que esset consuetudo viduarum. Et ipsi videlicet: Diminna Baxilii, Andreas Ergani, Lorentius Scorobagati, Marcius de

Manica Boni, Zuanellus Sergie, Stephanus Matine, et ceteri alii dixerunt: Consuetudo viduarum hec est: Si vidua sub se filium habet clericum, qui maior aliis est, mater et omnes qui sub se sunt, episcopo subiacent, de omnibus rationibus quas comiti facere debuerunt. Similiter dicimus, quod episcopus debet excusare tres homines, quoscumque voluerit, hoc scimus, et per verum dicimus testimoniis. Ego Stephanus arbensis ecclesie diaconus et notarius interfui, scripsi et roboraui. Ego Michael Federici Dragi, sacri palatii notarius hoc exemplaui, nihil addens vel minuens in eo, quod summam mutet, vel valorem, et consuetum meum signum imposui.

Iz novijeg prepisa rabskog.

CLI. 1179.

Grgur nadbiskup barski, obećaje poslanikom nadbiskupa solinskoga Ferru i Rajneru, da će doskora poći u Rim, i pred papom priznati prvenstvo nadbiskupije solinske.

G(regorius) antiuarensis humilis archiepiscopus, magistro Raynerio et magistro Ferro suis in Christo dilectis filiis salutem et sincere dilectionis vinculum. Vobis demum nobiscum commorantibus quecumque locutus fui, me firmiter obseruare sciatis; cum enim tempus et hora fuerit, quando ad domini pape presentiam me presentare deo volente potero, ad quod in proximo sum facturus credo, omnia que ad honorem et laudem spalatensis archiepiscopi pertinent, deuotissime agere curabo, utpote nobilitati vestre sum prius locutus. Hunc vero nostrarum litterarum portitorem commendatum esse cupio, et per vos domino archiepiscopo, ne a quoquam iniuriam patiatur, vel aliquam calumniam.

Illyricum Sacrum. T. III. str. 201. iz arkiva kaptola spljetskog. T. VII. str. 26.

CLII. 1179.

Rajnerio nadbiskup spljetski, poziva u Spljet biskupe kninskog, senjskog, ninskog i trogirskog, da idu š njim u Rim na veliki sabor crkveni.

Nos dei gratia salonitane ecclesie archiepiscopus, licet immeritus, apostolice sedis legatus, venerabilibus fratribus: F(lasconi) tininiensi, M(ireo) segniensi, M(atheo) nonensi, et M(ichaeli) traguriensi electo, episcopis, salutem et fraternam dilectionem. Benignitati vestre incognitum fore non credimus, quod romanus pontifex zizania in agro domini qui est ecclesia, pullulante, prouida maturitate cupiens avellere, et fructiferum germen inserere, uniuersarum ecclesiarum pastoribus generale indixit concilium, et ad sui presentiam omnes prelatos conuocauit. Unde quantum eius mandatis non possumus, nec contraire debemus, fraternitati vestre presentibus scriptis mandamus, et mandando precipimus, quatenus omni occasione et contradictione cessante, usque ad octauos proxime epiphanie, in his, que ad iter fuerint necessaria, parati existentes, ad nos venire festinetis, ut cum dei adjutorio ad prefixum terminum memorato concilio simul interesse

possimus. Insuper vero mandamus, ut quicumque vestrum postmodum has litteras recepit, ipse nobis easdem remittere procuret.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. str. 203.

CLIII. Oko god. 1179.

Mateo biskup ninski, moli papu Aleksandra, da potvrdi diobu što je iz nova načinjena medju biskupijom senjskom i ninskom.

M(atheus) nonensis episcopus a sanctitate vestra petit, ut statutum quod spalatensis archiepiscopus inter eum et Mironem (sic) episcopum super tribus parochiis, Signa videlicet, Geszica, et Lecca de mandato vestro statuit, vestris litteris confirmetis. Ipse enim archiepiscopus, sicut vobis per suas litteras insinuauit, de utriusque partis assensu ita statuit: ut Mattheus episcopus nonensis habeat Leccam, et Miro episcopus habeat Signam et Geszicam.

Farlati. Illyr. sacrum. T. IV. str: 119.

CLIV. Oko god. 1179.

Rajnerio nadbiskup spljetski, moli papu Aleksandra III. da nesluša Mirea biskupa senjskoga, kad bi ovaj proti novomu razdieljenju biskupije senjske i ninske molbenicu podnio.

Sanctissime pater, postulat a sanctitate vestra R(aynerius) humilis archiepiscopus spalatensis, ut compositionem parochiarum et diuisionem, quam fecit inter Mireum signiensem, et Matheum nonensem, suos suffraganeos, firmam et ratam, si placet, habeatis. Cum de eorum voluntate compromittentium in manibus meis, sub forma sacramenti processerit, et consilio et voluntate aliquorum (alicorum) suffraganeorum, diligenter utraque parte audita et perquisita veritate, iam dictam composicionem fecerim; restituendo prius Mireo signiensi episcopo episcopatum cum omnibus fructibus, et accessionibus, quas ipse iuxta tenorem litterarum vestrarum exigebat. Verum quia prefatus Mireus variam, et inconstantis hominis formam seruat, idem (Raynerius) nec probando, nec reprobando, sanctitatem vestram humiliter exorat, quatenus iniquas petitiones eius in hac parte, si placet, salua legatione, quam seruo vestro archiepiscopo concessit, non exaudiatis, illesam manutenentes. (Ostalo izgubljeno.)

Farlati. Illyricum Sacrum. T. IV. str. 119.

CLV. 1180. mjeseca ožujka.

Emanuel car grčki piše vojvodi Dalmatinskomu Rogeriju, neka prisili njeke otimače, da vrate crkvi spljetskoj ugrabljene zemlje, navlastito Srenjine kod Mosora.

Ligio [1] imperii mei Rogerio Sclauoni. Insinuatum est imperio meo ab honorificentissimo archiepiscopo spalatensi R(aynerio), quod quidam incolarum eiusmodi

[1] feudatario

regionis, sed et Caciclorum aliqui, non pauca eorum, que in suo priuilegio et ad suam ecclesiam pertinent, possident in Serengene, [1] et quod predicta ecclesia illis suis bonis priuetur. Hi autem violenter ac tenenter dicte ecclesie prelato nullam propter hoc reuerentiam faciunt. Iubet ergo tibi Rogerio imperium meum, ut discutias huiusmodi negotium in presentia predicti archiepiscopi, et predictorum incolarum, atque Caciclorum. Quod si in priuilegio predicte ecclesie constiterit, omnia predicta ecclesie in integrum restituas, sicut in chartula predicte ecclesie apparuerit pertinere; possessores autem repellas, et interdicas eis, ut desistant ab inuasionibus rerum huius ecclesie et presertim in villa Serengene. Quum vero et idem archiepiscopus conquestus est, quod predia ecclesie sancti Bartholomei occupata sunt a quibusdam, considera tu Rogeri, ligio mei imperii, et omnem terram quam suprascriptus archiepiscopus poterit monstrare per chartam, aut per bonos testes esse vel fuisse sancti Bartholomei, archiepiscopatui sancti Domnii in integrum tribuas. Mense martio, indictione XIII.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. X. iz arkiva kaptola spljetskog. Farlati. Illyr. Sacr. T. III. p. 204.

CLVI. 1180. 10. lipnja. U Splietu.

Rogerio vojvoda Slavonije, daje spljetskomu nadbiskupu Rajneru dva pristava, koji ga imadu uvesti u vlast svih zemaljah crkve sv. Bartola.

In Christi nomine. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo [2] indictione vero tercia decima, regnante domino nostro Manuele, sanctissimo imperatore, et in ducatu Dalmatie et Croatie existente domino Rogerio Sclauonie duca. Hoc actum est ante presentiam idoneorum testium, nomina quorum inferius leguntur, et in ciuitate spalatina, et in podio imperialis turris. Dominus Rogerius, Sclauonie ducas, de mandato domini nostri sanctissimi imperatoris Manuel, dedit michi Rainerio, spalatensi archiepiscopo, duos pristaldos, Michaelem Dragumanum et Petrum de Sagarella, de terris videlicet sancti Bartholomei, quod ab isto die in antea, scilicet die martis, qui est decimus dies mensis iunii, in introitu eiusdem mensis ubicunque reperte fuerint terre et omnia predia memorate ecclesie, sint ecclesie beati Domnii in perpetuum ita, quod deinceps nullus iuppanus, vel postiuppanus, et nullus alius homo, aliquam molestiam siue iniuriam deo et beato Domnio et mihi Rainerio spalatensi archiepiscopo, omnibusqe meis canonicis successoribus audeat inferre. Quicunque autem aliquid contrarietatis seu aduersitatis deo et beato Domnio, michique Rainerio spalatensi archiepiscopo, vel meis canonicis successoribus aliqua temeritate presumpserit facere, habeat iratum trinum et unum deum, et indignationem summi imperii omnino incurrat et consequatur. Huius autem rei isti sunt testes: inprimis Mireus segnensis episcopus, Flasco tiniensis episcopus, Martinus Spalatinorum comes, Marinus, traguriensis comes, Juppanus Desa, iudex Vilcota, Breuero [3] iuppanus, comes Nicolaus, iuppanus Mirozlaus, filius Bogdanazi, iuppanus Scepanus, filius Raccos, iuppanus Grubessa, filius Saioli, iuppanus Desco, presbiter Kadole, Vilcuta subdiaconus, Sorizius clericus, Bellaiza clericus, [4] iuppanus Drago, Paulus de Accina, [5]

---

[1] Srenjine, kod brda Mosora. [2] U novom prepisu spljetskom stoji pogriešno: nonagesimo. [3] Breberio. [4] Farl. i Luc. izpustili. [5] Lucius: de Auina. Farl. de Acuria.

Nicolaus de Caloiatine, Dabre, filius Ottoli, [1] Michael, frater Joue, [2] Bogdanus, filius Kale, Dobre de Mari, Vitus clericus, Grobce [3] clericus, Caraldus clericus, et Sagarella. Et ego magister Gualterius communis notarius, qui hanc chartulam scripsi, testor. † Ego Rogerius Sclauone, dei et imperiali gracia Dalmatie et Chroatie ducas, manu mea subscripsi.

Iz spljetskog arkiva. Mensa episcopatus. — Lucius. de Regno Croatie et Dalmatie Lib. III. c. X. Farlati. T. III. p. 205.

CLVII. 1180. 4. listopada. U Tuskulanu.

Aleksandro III. papa, priobćuje svećenstvu i svemu narodu u Dalmaciji i čitavoj Slavoniji, da je onamo poslao Teobalda za svoga poslanika u poslu vjerozakonskom.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis et dilectis filiis nobilibus viris, comitibus, baronibus, uniuerso clero et populo per Dalmatiam et totam Sclauoniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Ordo postulat rationis, et cura iniuncte nobis administrationis exposcit, ut qui sumus in supremo examine rationem de omnibus reddituri, de salute omnium cogitemus, et studeamus per nos et alios, que pertinent ad profectum fidelium procurare. Cum autem longe positis per nos ipsos paternam impendere diligentiam non possimus, dignum est, ut vices apostolicas illis committamus, qui specialius nobis coniuncti sunt, et quorum prudentiam sumus et fidem experti. Inde utique sit, quod dilecto filio T(eobaldo) subdiacono nostro, viro litterato, honesto, nobisque caro plurimum et accepto, in prouinciis vestris officium legationis commissimus, ut vice nostra euellat et destruat, que fuerint destruenda, edificet ac plantet, que domino viderit instruente plantanda. Ideoque uniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quatenus eum sicut legatum sedis apostolice curetis honeste recipere, et ad vocationem ipsius humiliter accedentes, que pro statu ecclesie, vel salute fidelium, auctoritate nostra decreuerit, suscipiatis, firmiterque seruetis. Alioquin si quis inobediens illi extiterit, sententiam, quam canonice idem legatus dictauerit, nos auctore domino ratam habebimus, nec patiemur leuitate qualibet immutari. Datum Tusculani IV. nonas octobris.

Iz pismobrane kaptola spljetskog. Farlati Illyricum Sacrum T. III. p. 211.

CLVIII. 1180.

Tebaldo, poslanik papinski, pošilja Kulinu banu bosanskomu njeko pismo papinsko, moleći ga, da mu pošalje dva sluge i kože od kunah.

Nobili et potenti viro Culin bano Bosine, Thebaldus dei gratia sancte romane ecclesie subdiaconus, apostolice sedis legatus, cum benedictione et victoria salutem. Mul-

[1] Luc. Ottoch. Farl. Osoch. [2] u rukopisu Sorre [3] Luc. Grobie.

tum desiderauimus personam vestram videre et benedictionem et litteras domini pape vobis representare. Nunc vero quia per nosmetipsos non possumus, per latorem presentium, et benedictionem et litteras domini pape mittimus et representamus, magnitudinem liberalitatis et glorie vestre rogantes, ut pro reuerentia beati Petri apostoli et domini pape, et pro salute anime vestre duos famulos et pelles martulinas nobis mittatis, et si placet prudentie vestre per nos aliquid domino pape significare, sciatis, quod libenter et fideliter vos exaudimus.

A tergo. Culin magno bano Bosine.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. IV. str. 44.

CLIX. Oko god. 1180.

Grgur nadbiskup dukljanski i barski, piše Gvalteru kanoniku splietskomu i poslaniku papinskomu o progonu, što mu crkva trpi od velikog župana Nemanje.

Magistro Gualterio inclito Spalati canonico, et sancte romane ecclesie legato. G(regorius) dioclitane atque antivarine ecclesie humilis minister, salutem et sincere dilectionis affectum. Dignitatis vestre litteras, quas nobis direxistis, summa cum reuerentia suscepimus, et earum continentiam intelligentes, innumeras benignitati vestre grates rependere curamus. Quoniam ecclesie nostre clementer sollicitudinem gerentes, que valde nobis congruunt, cum comite et ceteris nobilibus Spalati locuti estis, quorum prudentie et caritatis compago nobis semper consulere cosueuit. Nam salonitanam ecclesiam primatum in tota Dalmatia prouincia, et nostre ecclesie matricem fuisse non ignoramus. Unde in nullo nobis conueuit ab ea discrepare, set auxilii et consilii commodum sperare. Itaque magna controuersia superueniente ciuitati nostre a magno iupano, factum quod vobiscum locuti fuimus, prosequi nequiuimus. Octingentos namque perperos, quos in preterito anno coacti sibi dari promisimus, nunc cum violentia exigit, et quia persoluendi facultas non adest, agrorum nostrorum reditibus ammissis, iterum in nos seuit, iterum minatur, iuxta quod presbiter Maraldus lator presentium, ocularia fide poterit vobis referre. Unde in tantis perturbationibus et pressuris positi, omnes gemunt et dolent. Knesius quoque Michahel, cui diocletiane ecclesie cura et sollicitudo non modica est, ab auunculis molestatus, ad ea que nos cupimus, nunc intendere minime valet. Tamen in proximo, superna gratia concedente, nostre ecclesie commodum prosequi, et usque ad effectum perducere, vestro consilio et auxilio indubitanter speramus.

Matica bijaše u c. kr. dvorskom arkivu bečkom, ali je sada natrag poslana u spljetski kaptolski arkiv.

CLX. Oko god. 1180.

Kaza, opatica samostana sv. Benedikta kod Spljeta, daje popisati njeke otete zemlje samostanske.

In Christi nomine. Ego Chaza, licet inmerita cenobii sancti Benedicti abbatissa, hoc conscriptum ut subsequitur, ut monasterum (sic) ad memoriam fieret, scribere cum

omnium monialium consensu studui. Scilicet de paratineis, que ante portam eiusdem monasterii sunt, quas domina Marichna Benezie, dum ad monasterium venit, secum detulerat. Post multorum vero annorum curicula, de predictis paratineis a quibusdam impetita, quibus volens certissimam rationem de eis ostendere, Dominicum filium Cirnate, qui disposicionem iamdicte domine pleniter cognoscebat, venire feci, et cum ante subscriptos testes de paratineis interogaui, ante quorum presenciam ipse prenotatus paratineas ostendit et iurans in anima sua, dixit predictam dominam illas in monasterio detulisse . . . . . quidem ab angul. . . Rama incipiunt et usque ad angulum de foris furni . . . . . . tur. Inde autem su . . . in aquilone rectum cursum tendentes, usque ad rupem viuam . . u. iterum in occidente sicut continet angulum unde incipiunt. Hec autem ostensio facta est in presencia Vilcotte iudicis et Petri filii Mille, ac Gaudii Sirizi, nec non Petri Ortulani, et Ego Sabatius clericus ibidem interfui, et sicut audiui et vidi, ita scripsi et testis sum.

Matica pisana na maloj pergameni, poderanoj na više miestih, čuva se u pismohrani kaludjericah sv. Marije u Zadru, medju pismi duvnah spljetskih sv. Rainerija.

CLXI. Oko god. 1180—1190.

Aurio Mastropetro, dužd mletački, nalaže Filipu de Aiboles, neka Zadrane uvjeri, da je bilo preko njegove volje što im njeki Mletčani na moru nanesoše štetu.

Nos A(ureus) Mastropetrus, dei gracia Venecie, Dalmacie atque Chroacie dux, committimus tibi Philippo de Aiboles, quod dicere debeas comuniter hominibus Jadere, quamuis ipsi fecerint quod facere non deberent, tamen voluntas mihi non erat facere eis fieri aliquod malum, nec in personis, nec in causis illorum, sed homines Jadere stetissent super se, et non venissent Veneciis, quousque ipsi taliter reuertentur, quod esset ad illorum saluamentum, et spes nostra talis erat, quod ipsi sic facere debuissent, et propter hoc nolebamus aduentum illorum in Veneciis, ne oriretur aliquid, unde malum cresscere debuisset. Illud vero quod homines de nostris galeis nuper fecerunt, non fecerunt per nostrum preceptum, nec per nostram voluntatem, sed sicut homines de ipsis galeis dicunt, per illud, quod prius homines ipsius ciuitatis sagittas eiecerint et superbe multa mala verba dicebant seueriter. Sed quod accidit aliter, modo non potest fieri nisi quod factum est. Nec vero mutat (sic) dominus cognoscere voluntates illorum, qualiter inde se continere voluerint, et si ipsi interrogant, que sit voluntas nostra, dicat, quod aduenit, non aduenit per nostrum preceptum, nec per nostram voluntatem, et si ipsi quiete voluerint stare, non erit nostra voluntas ut homines Venecie eis offendere debeant

Iznad ovoga pisma stoji:

Aurii Mastropetri Ducis, Commissio Philippo de Aiboles, ut Jaderenses certiores reddat, preter voluntatem Ducis contigisse, ut damna iisdem a nautis quibusdam venetis inferrentur.

Iz rukopisa Cod. LXXII. classis XIV. snb CVI— 3. U knjižnici sv. Marka u Mletcih.

CLXIII. 1181. mjeseca siečnja ili veljače.

Teobaldo poslanik papinski, dopituje nadbiskupiji spljetskoj biskupiju hvarsku.

Theobaldus dei gratia sacre romane ecclesie subdiaconus, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo fratribus, uniuerso clero, M . . . comiti et toti populo spalatensi cum dilectione salutem. Ad robur et memoriam rerum gestarum plurimum valere cognoscitur series litterarum, quandam namque firmitatem prestat, nec sinit obliuisci scriptura que diligenti solicitudine et cura sub uno paginali contextu fuerint conprehensa. Ideoque per scripta presentia notum facimus, et ad notitiam tam presencium quam futurorum significamus, quod cum de mandato summi pontificis in Dalmatie et Sclauonie partibus officium legationis haberemus, spalatensis ecclesia, que et salonitana dicitur, super farensem episcopatum querimoniam deposuit aduersus iadertinam ecclesiam. Profecto sub generali vocatione clero iadertino scripsimus, significantes et mandantes, ut eorum aliqui taliter instructi et parati ad nos accederent, quod super motis controuersiis sufficienter respondere valerent; cumque ad diem et terminum denunciatum prefatus clerus nec venisset, nec responsum misisset, quibusdam diebus postea elapsis, in presentia episcoporum et multorum aliorum, iam dictam querelam audiuimus, et auditis, visis et intellectis rationibus, priuilegiis et allegationibus ecclesie spalatensis, eidem, habito plurimorum venerabilium virorum consilio, predictum episcopatum farensem adiudicauimus et assignauimus. Anno dominice incarnationis MCLXXXI. indictione XIII. pontificatus Alexandri pape III. anno XXII.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XIII. Farlati Illyr. Sacr. T. III. str. 212. T. IV. str. 243.

CLXIV. Oko god. 1181. mjeseca veljače. U Zadru.

Mavro knez i vojvoda vojske čitavoga primorja, dopituje Stanu Lapčaninu selo Kokićane, i naredjuje zavod.

Anno, incarnato Jhesu Christo domino nostro MCLXXX. primo, mense februario, indictione XV(III), Jadere. Regnante domino nostro Bela, dei gratia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rameque serenissimo rege. Que in iudiciis decisa sunt, ut a memoria non relabantur in posterum dignum duximus literarum indiciis denotare. Meminimus nos, q(uidem) Maurus dei et regia gratia comes et tocius maritime prouincie studiosus exercitator, quod cum castrametati essemus in predio Desconis, quod Belize vocatur, una cum Miroslao breberiensi iuppano, Cathlo [1] tyniensi, Desinno Slouinie, Cosma Pribicheuic, Posillo Rusinich, Jacobo, filio Mislimiri et Micha Tirpite [2] iaderensi, accesserunt in nostra presentia Dragos, filius Prodani, Vtolenich et Stançe, filius Petri Lapçani et placitati sunt de quadam villa, que est in loco, qui dicitur Coquickiani. Volebat predictus Dragos ipsam villam sibi habere, asserens, eam proprietate sibi attinere. Cuius verbis memoratus Stançe respondens aiebat: auus meus Pribiç iuste illam possidens, post suum

[1] ili Cathro. [2] t͡pite.

decessum, filio suo Petro patri meo reliquit, hereditario iure fruendum et possidendum, et pater meus ipsam michi filio suo dimisit, quod predium post eorum obitum hucusque iuste tenui et possedi, paratus etiam sum hoc legittimis testibus probare, quod proprietas aui et patris mei fuit, et auctoritate, iureque ipsorum id possideo et rationabiliter optineo. Nos itaque sicut in mandatis nobis iniunctum erat a serenissimo domino nostro Bela rege, in singulorum causis iuste procedere et fine debito terminare, ex consilio predictorum iuppanorum aliorumque virorum qui presentes erant, diximus ut Stançe testes suos in medium produceret. Qui duxit Grubesciam Gauçuli, Radosium nepotem Chirçic, Rastisium Desimiri de Virouicis, Michalium, filium Strianni, qui omnes sub multa contestacione iure iurando testati sunt, quod predictum predium Pribiç, auus Stançe rationabiliter usque ad mortem possedit et post Petro, filio suo tradidit, et Petrus, Stançe, suo filio reliquit. Comperta igitur nos comes Maurus per testium approbationem veritate, dedimus eidem Stancio nostrum pristoldum Gradislauum Miroseuich Chleuinianin, ut nostra auctoritate poneret ipsum Stançe in possessionem ipsius ville, tribuentes ei plenam potestatem habendi, tenendi, vendendi, donandi, comutandi, pro anima iudicandi et hereditaria ratione quicquid placuerit faciendi, nemine sibi contradicente. Legitime peracto iudicio, cum venissemus Jaderam ad quedam patranda negotia, Matheum iaderensem notarium ad nos vocantes, de verbo ad verbum totum hoc factum ei retulimus, rogauimus etiam, ut cum prefato nostro pristoldo ad idem predium pergeret et quemadmodum a nobis audierat et nostrum pristoldum agere cerneret, in scriptis redigeret. Quando autem pristoldus noster iuxta consuetudinem terre fuit ad sauodum, quod in vulgari nostro dicitur circumuolutio, et posuit ipsum Stançe per nostrum iudicium in dominio ipsius predii, sicut predictum est. Hii fuerunt presentes: Miros Caciclus et filius eius Dobros, Dragoslaus, filius Otre, Lemescius Predco et Techomir, filii Mathei Sernosechi, Georgius et Desco Tolisii Cacicli, Dragos et Pribislaus, Premco Cacicli, Peruoslaus et Strahonia Prascouiç, Graniç Prascouçiç.

Ego Matheus sancte Anastasie subdiaconus et iaderensis notarius, rogatu predicti Mauri comitis ut audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui.

(Sliedi znamenje bilježničtva.)

Matica na pergameni u knjižnici jugoslavenske akademije.

CLXIV. 1181. mjeseca ožujka. U Zadru.

Mihaljo biskup skradinski, dosudjuje samostanu kaludjericah sv. Tome, oteta im zemljišta u Bubnjanih.

In nomine eterni dei. Anno incarnacionis eius MCLXXXI. mense marcio, indictione quarta decima, Jadre, temporibus domini Thebaldi, venerabilis iadrensis archiepiscopi hoc actum est. Ego in Christi nomine Michael, scardonensis episcopus, residentibus mecum magistro Marino Ragusino, Nicolao sancti Petri plebano, Drase et Martino capellanis meis, Rainerio quinqueeclesiensi, magistro Laurencio, Purce, Bratonia sacerdotibus, Votchania iudice, Nicolao Molcac, Dimitrio Sclauo, Petro Sloradi consule, Blanculino, Domachia, Strechia et Gaudio Mutagange, Lampredio Vitaze ac Botta, quod iam in mea presencia actum fuerat, intimare curaui. Quippe cum non minus sit pecatum

veritatem tacere, quam proferre mendacium. Venit equidem Petriz, filius Michaelis Panze, sanctorum Dimitri martiris et Thome apostoli aduocatus respondere pro eisdem ecclesiis de quibusdam terris, que sunt in loco, qui dicitur Bubniani, quas moliebantur inuadere Saracenus, filius Besciani, et Bruconia. Prefati vero Saracenus et Bruconia in nostra presencia positi, post litis contestacionem inducias postularunt, et habitis, volentes utramque partem suo iure esse contentam, ad cause decissionem illis terminum primum, secundum, tercium, quartum et quintum preficimus, consideratis temporibus et ambarum parcium utilitatibus. Audito quod aput Jaderam Farcasius palatinus comes domini mei regis Ungarie et cum eo Flasconus tiniensis episcopus, ac Machareusius comes et plures nobiles viri Sclauonie essent, ad illos pergere studui, in quorum presencia et mea, et ad quorum collaudationem, vollens quod racio ista diffiniri deberet, predictos Saracenum et Bruconiam citauimus, habito et dato illis ultimo termino, ut ad litem contestandam si de causa confiderent, accederent responsuri, sin vero non sentencie lucrarentur examen. Ipsi vero non venientes, nec iusta necessitatis precedentes causam nobis dande sentencie prestiterunt oportunitatem. Nos itaque instrumenta, testes, atque allegaciones predictorum factorum (scorum) sufficientes esse cernentes, de consilio omnium astancium episcopi et comitum pro ecclesia sanctorum Dimitrii et Thome sentencie corroborationem nostra auctoritate firmauimus, terram a predictis Saraceno et Bruconia inuasam iure perpetuo ad ecclesiam beatorum Dimitrii martiris et Thome apostoli reuerti debere secundum regulam canonum et ciuilis iuris et ad ultimum per soliditatem pristoldi nobilis viri Drascenni iuppani, filii Slouinie, dominam Bonam, predicti monasterii abbatissam, in possessione predictarum terrarum ponere fecimus, eas perpetuo iure possidendas. Hanc utique sentenciam de mandato predicti Michaelis scardonensis episcopi, scripsi ego Matheus sancte Anastasie subdiaconus et Jadre tabelio, ut audiui, roboraui, et solito signo signaui.

Polichorion. U arkivu zad. gub. i Farl. T. IV. str. 11. s pogrieškami i praznimami.

CLXV. 1181. 12. svibnja. U Tuskulanu.

Aleksandro III. papa, prima pod svoju zaštitu samostan benediktinski sv. Silvestra na otoku Bučju (?) kod Visa.

Alexander episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis abbati monasterii sancti Siluestri de insula Buci, eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris, regulari vita professis in perpetuum etc. — Quapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium sancti Siluestri, quod in insula Buci situm est, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus; statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenti iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum ipsa insula et aliis suis pertinentiis. In ciuitate spalatensi ecclesiam sancti Siluestri cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michaelis, et ecclesias sancti Nicolai in insula, que dicitur Lissa, cum earum

pertinentiis; et possessiones alias, quas habetis in eadem insula. Sane noualium vestrorum, que propriis manibus, aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos seculo fugientes, liberos et absolutos ad conuersionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet surreptionis aut astutia, seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beate virginis, prouiderint eligendo. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temere (sic) aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet fatigare vexationibus. Sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salua sedis apostolice auctoritate, et diocesani episcopi, secundum canonicam iustitiam. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundo, tertioue commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri alienus fiat, atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Alexander catholice ecclesie episcopus.
Ego Baldus ostiensis, (et) velitrensis „
Ego Theodinus Rufine sedis „
Ego Paulus prenestine „ „
† Ego Joannes sancti Marci presbyter cardinalis.
† Ego presbyter Petrus cardinalis tituli sancte Susane.
† Ego Viuianus sancti Stephani in monte presb. card.
† Ego Cinthius presb. card. s. Cicilie.
† Ego Ugo presb. card. (S. Agrippe?)
† Ego Arduinus presb. card. s. crucis in Jerusalem.
† Ego Marcus „ „ „ Marcelli.
† Ego Laborius „ „ „ Marie trans Tyberim et Callixti.
† Ego Jacobus diaconus „ „ Marie in Cosmedin.
† Ego Raynerius „ „ „ Georgii ad (velum aureum)
† Ego Gratianus ss. Cosme et Damiani diac. card.
† Ego Joannes diac. card. s. Angeli.
† Ego Matheus s. Marie noue diac. card.

Datum Tusculani per manus Alberti sancte romane ecclesie presbyteri cardinalis et cancellarii IV. idus mai indict. VIII. incarnationis domini MCLXXXI pontificatus vero domini Alexandri pape III. anno XXII.

Farlati. Illyricum Sacrum T. IV. str. 243.

CLXVI 1181 6. srpnja. U Viterbu.

Aleksandro III. papa, nagovara kralja Belu III. neka dozvoli svećenstvu i puku spljetskomu da po starinskom običaju biraju nadbiskupa.

Alexander episcopus seruus seruorum dei, dilecto in Christo filio Bele illustri Ungarie regi salutem et apostolicam benedictionem. Significantibus nobis dilectis filiis nostris clero et populo spalatino, nobis innotuit, quod cum ecclesia spalatina diu pastore vacauerit, et usque ad hec tempora iuxta formam priuilegiorum romanorum pontificum et sacrorum canonum liberam electionem habuerit, tu in ea episcopum secundum quod obseruatum est, eligi non permittis. Volentes igitur regie saluti consulere, et indemnitati prefate ecclesie pro nostri officii debite prouidere, monemus regiam excellentiam, et exhortamur in domino, quatenus libere et sine contradictione de persona idonea ordinari permittas, qui et populo dei preesse valeat et prodesse. Alioquin licet magnificentie regie deferre velimus, iam dicte ecclesie in iure suo deesse non poterimus aliqua ratione; nam et serenitati regie credimus expedire, ut ciuitatem ipsam in sua libertate conserues, et habitatores eius in fidelitate tua facias firmiores, et ne eis circa dominium tuum occasionem tribuas malignandi. Ad hec etiam regiam magnificentiam monemus attentius, et rogamus, quatenus Miroslauum comitem ad reddendam pecuniam prenominate ecclesie, quam olim bone memorie Raynerio spalatensi archiepiscopo abstulit, vel ad estimationem congruam; et ut loca illa, in quibus olim cathedrales sedes fuisse noscuntur, ordinari permittat, si aliter ad hoc induci nequiuerit, regia potestate compellas. Data Viterbii XI. nonas iulii.

Iz pismohrane Arcibiskupije spljetske. Farlati. Illyr. Sacr. T. III. p. 212.

CLXVII. 1181. 7. srpnja. U Viterbu.

Aleksandro III. papa, nalaže Miroslavu knezu zahumskomu, neka nevriedja slobodu crkve u Dalmaciji, a nadbiskupu splietskomu neka povrati otete mu novce.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Nobili viro Miroslauo comiti tacholmitano (zacholmitano). Quod tibi benedictionis alloquium non impendimus, non de duritia nostra, sed de tuis credas potius meritis prouenire, quia ea te penitus reddidisti indignum. Cum enim ab omnibus Christi fidelibus romane sit deferendum ecclesie, que inter omnes, diuina disponente clementia, obtinet principatum, tu sicut homo ad creatorem tuum respectum non habes, nec legatum nostrum recipere, nec nostris parere litteris voluisti, quas tibi pro restituenda pecunia venerabilis fratris nostri spalatini archiepiscopi miseramus. Accepimus etiam, quod loca illa, in quibus cathedrales sedes olim fuisse noscuntur, ordinari libere non permittas: propter quod dilectus filius T. subdiaconus noster in te, dum in partibus illis legationis officio fungeretur, sicut eo referente accepimus, excommunicationis sententiam promulgauit. Quia vero durum est tibi omnipotenti deo et ecclesie sue resistere, cui humiliter per omnia obedire teneris, monemus nobilitatem tuam, et tibi paterno pietatis affectu consulimus, ne ecclesias dei vel ecclesiasticas personas, quo minus, sicut a sanctis patribus noscitur institutum, valeant ordi-

nari, aliquatenus inquietes. Alioquin graue anime tue periculum in diuino poteris examine formidare, si ecclesie ipsius, dum fueris in carne mortali, filialem obedientiam ac reuerentiam sicut spirituali matri neglexeris exhibere. Datum Viterbii nonis iunii.

Theiner. Vetera monumenta Slauorum meridionalius. T. I. p. 1.

CLXVIII. 1181. 20. kolovoza. U stolnom Biogradu.

Bela III. kralj hrvatski i ugarski, dosudjuje kaptolu zagrebačkomu Toplice kod Varaždina.

Quoniam diuturnitate temporum benefactorum sepius obliuiscatur memoria, et quod pie deuotionis geritur officio, per paucos admodum dies ingrata celat obliuio. Idcirco que tam a nostra regia maiestate et munificentia, quam ab illustribus viris, sine quibuscunque dei fidelibus sub nostra potestate degentibus, dei ecclesiis sunt collata, regia auctoritate firmare et priuilegiis perpetuare proposui. Notum igitur sit omnibus tam modernibus quam future vite successoribus, quod ego Bela III. dei gracia rex secundi Geysse regis filius, cum Albe solempnes sancti Stephani regis agerem dies, zagrabienses canonici de sua inopia et iniuriis sibi illatis conquesti sunt. Ego vero ecclesiam dei subleuare desiderans, non adterere, lacrimosam eorum querimoniam in presencia quam plurium regni mei principum ascultaui, et causam discussi. Propositum est enim a supradictis canonicis, quod Alexius quondam banus, pro anima filii sui, eo tempore ex hoc seculo decedentis, predium quoddam Toplissa nomine ecclesie zagrabiensi cum omnibus sibi pertinentiis tradidisset. Quod postea quondam Beléc nomine comes de Garestin [1] tempore aui mei regis Bele secundi violenter subripuisset, et idem postmodum Mothmer eius heres et successor fecisset; et quia regnum Ungarie sicut peccatis exigentibus sepius fieri solet, erat in disturbatione, prenominati canonici supersederunt questioni, tempus expectantes oportunum. Ad ultimum vero nostro regni tempore ante nostram excellentiam Albe contra Mothmerum de prefato predio querimoniam deposuerunt. Ego vero veritate undique circumspecta, per adtestationem virorum nobilium veritatem rei et iusticiam iam dictorum canonicorum cognoscens, prenominatum predium, per consilium et assensum principum, ecclesie zagrabiensi reddidi, dato aduocato Dionisio bano. Meta vero predicti predii tendit usque ad riuulum Globossa, et diuiditur cum meta Srumsey. Deinde tendit superius ad montem Wolcmerii, ibi protenditur in longum in dorso montis et descendit in vallem per nasum eiusdem montis, et inde recto tramite ascendit ad montem alium ubi est via, et de via descenditur et ascendit ad tercium montem, et per montem itur, et certis metis descendit et ascendit ad magnum montem, ad viam, ubi iungitur cum garestiensibus, et per viam illam itur in magnam viam per quam descendit ad aquam Bigne et iungitur zagrabiensibus. Et ne hoc nostrum institutum annosa aboleret vetustas, vel iniquorum peruertere valeat sagacitas, priuilegium per notarium meum Wasca inscribi feci et regali sigillo et anuli mei impressione roboraui. Quod si quis violare temptauerit, ut regie institutionis reus et ecclesie violator penam luat, et rebus multatus (sic) excomunicationis subbeat sententiam. Factum est autem hoc priuilegium anno dominice incarnationis MCLXXXI. Regnante gloriosissimo rege Bela III. Luca strigoniensi archiepiscopo existente, Johanne besprimiensi episcopo, Prodano zagrabiensi

[1] Varestin.

episcopo, Farcasio palatino comite, Cumpredino curiali comite, Dionisio bano, Bot albensi comite, et aliis pluribus regni eiusdem principibus existentibus.

Na pergameni, čuva se u arkivu kaptola zagrebačkoga. Acta Antiqua. Fasc. 52. N. 4. Pečat izgubljen. Tkalčić. Listine I. str. 4.

CLXIX. 1181. 20. rujna. U Dubrovniku.

Dubrovčani ustanovljuju mir s Kotorani.

In anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo primo, indictione quarta (decima), vicesimo die mensis septembris, in Ragusio. Comes Triphon dominator Catari veniens Ragusium cum Dabrio, et Johanne de Dabro, et Jotze de Dabro, et Bolla de Sazauezo, Blasio de Fancello, Ruticio de Poto, ad pacem firmam in eternum tenendam, hoc statuerunt ex parte tocius Catari, cum Flascono et tota comunitate ragusina, ut quicumque Raguseus vel Catarinus crediderit sua, primum videat, cui credat, et dum crediderit, super alium non valeat tenere se nisi super debitore suo. Ut pignora non sint infra Ragusium et Catarum. Et quicumque Raguseus vel Catarinus iusticiam quesierit, cum carta de communi ciuitatis vadat ad querendam iustitiam, et rediens ad ciuitatem, suam cartam adducat de communi ciuitatis, de iniusto vel iusticia quod perpessus fuerit, cum carta vadat et cum carta redeat. Nulli credatur nisi cartam habuerit de communitate ciuitatis.

Matica u bečkom dvorskom arkivu na malenoj pergameni, sa dva jednaka prepisa. S vana na savitku: 1181. 20. Sept. Der Graf von Cattaro trifft mit Ragusa die Anordnung, dass man sich in Schuldsachen nur an dem Schuldner allein halten könne. Ragusa. — Cattaro. 163. 5.

CLXX. Oko god. 1179.—1181.

Aleksandro III. odgovara biskupu duvnanskomu [1], da onaj nepunoljetni svećenik, koji je prije sabora lateranskog dobio svećeničku čast, može ovu i zadržati.

A nobis tua discretio requisiuit, utrum is, cui ante XXV. annum etatis sue, nondum concilio, quod nuper Laterani fecimus, celebrato, ecclesie magisterium concessum fuit, occasione decreti, quo in concilio eodem clericis minoris etatis conferri ecclesias prohibuimus, possit ecclesia spoliari, quam ante concilium [2] obtinuerat; presertim cum ipsa concessio fuerit ab ipso dioecesano post concilium approbata. Super quo consultationi tue taliter respondemus: Quod nisi alia causa rationabiliter obstet, occasione minoris

---

[1] Jaffé. Regesta Pont. Rom. p. 824. Episc. Diuellensi, alias Dulmensi. [2] Razumieva se concilium lateranense, god. 1179. u kom su osim drugih prisutstvovali: De Provincia iaderanensi: Andreas albensis, Lampredius absarensis, Drobo véglensis, Renerius spalatensis archiepiscopus, Matheus nonensis. Michael sardonensis (scardonensis). Mansi. XXII. 216.

etatis, aut decreti quod in concilio promulgauimus, nolumus eum a percepto ante beneficio remoueri.

Mansi XXII. 366. Boehmeri corp. iur. can. II. app. 242.

CLXXI. 1182. 23. siečnja. U Veletru.

Lucio III. papa, potvrdjuje samostanu sv. Kuzme i Damjana sva stečena prava i dobra.

Lucius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Dominico abbati monasterii sancti Damiani de Monte, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Et si omnibus necessitatem pacientibus debeamus adesse, religiosos tamen benigniori nos conuenit oculo intueri, ut eo fortius obseruantie sue professionis insistant, quo magis se videant a sede apostolica in iustis postulacionibus exaudiri. Et eapropter dilecti a domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis. Possessiones omnes monasterii sancti Johannis euangeliste quod quondam Venetici destruxerunt. Ecclesiam sancti Michahelis de Rogoua cum pertinenciis suis. Grobounizza cum pertinentiis suis, et unum molendinum Bubniani, cum pertinenciis suis. Tin cum pertinenciis suis. Alesani cum pertinenciis suis. Choruscani cum pertinenciis suis. Merani cum pertinenciis suis et in Scladon unum molendinum. Preterea libertates et immunitates que fuerunt prescripti monasterii vobis et monasterio vestro, quod illius capella fuit, auctoritate apostolica confirmamus. Sane noualium vestrorum nullus a vobis decimas presumat exigere. Liceat vobis quoque clericos et laicos a seculo fugientes liberos et absolutos ad conuersationem recipere et absque contradictione aliqua retinere. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia, seu violencia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat monasterium vestrum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione hac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire

temptauerit, secundo, tercioue commonita, nisi presumtionem sua digna satisfaccione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existente de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore hac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Lucius catholice ecclesie episcopus. m. p.
† Ego Petrus presbiter cardinalis tt. s. Susanne, m. p.
† Ego Laborans p. c. s. Marie trans Tiberim tt. Calixti m. p.
† Ego Rainerius p. c. ss. Johis et Pauli, tt. Pamachii m. p.
† Ego Hubertus p. c. tt. s. Laurencii in Damaso m. p.
† Ego Pandulfus p. c. tt. basilice XII. apostolor. m. p.
† Ego Theodinus portuensis et s. Rufine sedis episcopus m. p.
† Ego Paulus prenestinus episc. m. p.
† Ego Jacobus diaconus cardinalis s. Marie in Cosmidin m. p.
† Ego Ardicio tt. s. Teodori, d. card. m. p.
† Gracianus ss. Cosme et. Damiani d. card. m. p.
† Bobo diac. card. s. Angeli m. p.
† Ego Gerardus diac. card. s. Adriani m p.
† Ego Octauianus d. c. ss. Sergii et Bacchi m. p.
† Ego Gofredus d. card. s. Marie in via lata m. p.
† Ego Albinus d. c. s. Marie noue m. p.

Datum Velletri per manus Alberti sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, XI. kal. februarii, indictione prima. Incarnacionis dominice anno millesimo centesimo LXXXII. pontificatus vero domni Lucii pape III. anno II.

Matica na pergameni u arkivu gub. zadarskog. Acta monast. SS. Cosme et Damiani. Fasc. III. br. 144.

CLXXII. 1182. 9. veljače.

Dedomir Sramlenov, pristav Dioniša bana, uvadja u posjed Brda kod Slivnika, samostan sv. Krševana, kojemu ga darova Družinik Ded, dozvolom Kresimira kralja.

In Christi nomine. Anno incarnationis eius millesimo centesimo octogesimo secundo, festo sancti Sauini canusini episcopi, quod est quinto idus februarii, indictione prima. Regnante domino nostro Bela dei gratia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rameque inuictissimo rege, et in ciuitate iadertina presidente Damiano Desinnie comite. Quoniam humani ingenii naturalis infirmitas plures diu iugiterque memorie retinere non poterat causas, ideo diuina inspiratione ad litteras et earum notas nostri peruenere maiores, ut per eas earumque instrumenta seu documenta perhennia facilis perpetuaque memoria et incorrupte veritatis et fidei integre obseruantia indubitanter habetur, et in omnem posteritatem nullis mortalium casibus turbata commutaretur. Igitur decuit me Dedomirum, filium Sramleni, presenti comprehendere scripto, quomodo et quo ordine dominus meus

Dyonisius, illustrissimus vir Dalmacie et Chroacie banus, me pristoldum constituit et tradidit Marino venerando abbati cenobii sancti Crisogoni de Jadera, super quandam curtem in Berdam, manentem ad locum, qui dicitur Sliunicus, quam Druzinico dedo, pro sue anime remedio cum assensu Cresimiri regis monasterio beati Crisogoni martiris perpetuo possidendam tradiderat, sicut in autentico scripto exinde facto continetur. Hanc autem predictam curtem cum per longa annorum curricula iure proprietario sine molestia possideret et frueretur venerabile monasterium beati Crisogoni, et de ipsa nulla eidem monasterio contentio ab olim orta esset; Zudonia Kerbozic, qui iuxta proprii nominis etimologiam nequam sortitus est nomen, diabolico instinctu, ignorante abbate et fratribus memorati cenobii, illam clam Georgio Sciоppe et Prestantio Gridosce pro precio XX. romanatorum auri vendiderat. Quod cum ad aures prefati abbatis peruenisset, ad presenciam pretitulati domini mei bani Dionisii accedens, querimoniam deposuit aduersus eundem Zudoniam usurpatorem predicte curtis, humiliter et constanter postulans, quatinus monasterium sancti Grisogoni a suis bonis tam iniuste et contra deum in suo tempore expoliare non concederet. Verum quia dominus meus banus iusticiam diligebat et semitas domini nostri Bele serenissimi regis sectabatur, eidem Zudonia, qui presens erat, dedit in mandatis, ut abbati suis iusticiis ante suum examen ita pleniter et sufficienter respondere debet, ut iram dei et indignationem non incurreret. Ipse quoque Zudonia causam in longum pretendere cupiens, putans fallacibus occasionibus euadere, ait ad banum: Propinqui mei, quibus sicut et michi possessio illa atinet, absentes sunt, absque quorum consilio et scire domino abbati respondere nequeo, sed inducias peto, ut interim communicato cum eis consilio, coram presentia vestra ad interrogata sufficienter loqui et respondere possimus. His auditis banus petitioni eius assensum prebuit, locans et prefigens ei terminum, ut post octo dies abbati rationem exhibiturus accederet ad Berdam, eo loco, in quo banus multorum placita diffinire proposuerat. Primo autem superueniente termino, ecce Zudonia cum venisset, retulit propinquos suos abesse. Cui dominus meus banus, secundum statuit et prefixit terminum, ad locum qui dicitur Yarani, ut cum abbate causam intraret et sue celsitudinis examen subiret. Tercium quoque locauit ei terminum ad locum qui dicitur in vulgari sclauonica Dobra gorra, taliter, quod nisi abbati coram sue magnitudinis presentia responsurus et racionem facturus veniret, causam omnino amitteret, et de cetero nullis temporibus audienciam de hoc haberet. Ceterum cum abbas non sine magno itineris labore et difficultate sectando bani preceptum ad loca predesignata peruenisset, et paratus staret in secundo et tercio termino rationem susceptturus; Zudonia nec ullus pro eo ad secundum et tercium terminum, qui ultimus erat, venire voluit. Et quoniam sepedictus Zudonia ad ultimum terminum venire contempsit, et abbas post octo dies iam lassus moram fecisset non modicam, dominus banus de consilio et iudicio cunctorum iupanorum Sclauonie, qui presentes erant, per inuiolabilem sententiam adiudicauit, ut monasterium beati Crisogoni rationabiliter et quiete perpetuis temporibus habeat et possideat sepedictam curtem. In qua ego Dedomirus, qui a domino meo bano Dyonisio pristoldus datus sum, una cum Luca subdiacono, filio Cecre, per baculi firmitatem inuestiuimus domnum Obliganum prepositum eiusdem monasterii, qui iussione abbatis et cunctorum fratrum cum Saraceno Cobilaci, et Diminia Maza in pectus (sic) monachis venerat. Prefata autem curia in hunc modum designata est: ex orientali plaga ad austrum habet unum fontem, in quo fonte sunt tres viui lapides in modum graduum, in quorum superiori est sculptum sancti Grisogoni signum, scilicet G. littera,

a quo in directum protendens per lapides plura sculpta sunt signa a parte aquilonis, ubi arbor est maxima, in qua idem signum impressum apparet, a qua arbore veniendo ad meridiem usque ad lucum, iuxta quem discurrit aqua yemali tempore, et inde procedendo ad alium puteum, et ab illo puteo eundo ad predictum fontem. Scientes illam siluulam, que est supra eandem curtem, quantum ipsa continet, datam esse in pascuis eidem monasterio, ad utilitatem illorum, qui in ea curte erunt hominum, siue pecodum. Die vero illo, quo ego Dedomirus pristoldus circumeundo curtem prefatam tradens illam in iure et possessione monasterii beati Grisogoni, datus est mihi infrenatus et insellatus bonus equus ibidem a Petrana filio Cucille pro ipso monasterio, qui cum abbate memorato ad banum pro hac ratione aduocatus venerat, velut antiquius pristaldorum exigit (ordo). Huic quoque cause interfuerunt hii nobiles: Votcarra iudex, Prestancius et Trunzannus, filii Michaelis, Pance, Diminia, filius Madii, Bolescius Bonoaldi, Petrus Petrizi, Stephanus Josep, Maldenarius, filius Laurencii Briacelle, Petrus, filius Stephani Camascii, Jacobus Andree de Lisca, Gaudius Nosse, Grisogonus Prestancii, Sciоppe filius Georgii, Andriolus murator, Radonia Virouich, Tolimir, filius Stephani Subici et Murun Scemesceuich, ante quos ego et predictus Lucas subdiaconus, qui una mecum pristoldus fuit, monasterium sancti Grisogoni locauimus, et ego Matheus sancte Anastasie subdiaconus et jadrensis notarius, a predictis pristoldis rogatus, ut audiui scripsi, roboraui, et solito signo signaui.

Matica na koži. Crvena svil. vrpca bez peč. U guber. zad. ark. Caps. I. Masso K. nr. 4.

CLXXIII. 1183. mj. listopada. U Zadru.

Prodan Gudićev i žena mu Slava, ostavljaju oporukom sva svoja negibiva imanja, samostanu sv. Marije u Zadru.

In nomine eterni dei. Amen. Anno incarnato Jhesu Christi, domino nostro, millesimo centesimo octogesimo tercio, in mense octobris, indictione secunda (I.), Jadere. Regnante domino nostro Bela, dei gratia serenissimo rege Hungarie, Dalmatie, Croatie atque Ramme, et in ciuitate iadertina presidente Damiano Desinie comite. Cum ego Prodanus de Gudizo animaduerterem fragilem et debilem humanitatis in hoc seculo statum, intuens illud euangelicum, estote parati, quia nescitis diem neque horam, nam dies domini sicut fur in nocte ita veniet, timens de supplicio anime mee, et ne omnia mea inordinata manerent post decessum meum, cogitare cepi, quomodo peccatorum meorum indulgentiam ab omnipotente domino consequi possem, non meis meritis. Spiritus ille cordium illustrator mentem meam sue claritatis lumine viuificans, cordi meo salubre consilium inseruit. Tunc ad uxorem meam Slauam conuersus, illam talibus verbis alloqui studui: Ecce quia post obitum nostrum nulla hereditas bonis nostris est successura, et quoniam fortuna nobis in habenda prole contraria extitit, eligamus nobis viam illam, per quam ad eterne felicitatis gaudia intrare et delictorum nostrorum veniam habere possimus. Predicta siquidem uxore mea assensum mihi prebente, quod in animo meo diu reuolueram, palam, quibus potui, denunciaui. Tradens animam et corpus meum in manus domine Rosane religiosissime et deo dicate abbatisse ecclesie sancte Marie semper virginis, cenobio videlicet monacharum, deo deuote famulantium, quod et iam dicta coniux mea sua sponte fecit. His itaque promta voluntate peractis, dominum Andream archi-

presbyterum, patrem meum spiritualem, Cernam Cucille, aduocatum ipsius monasterii, nec non et Matheum sancte Anastasie subdiaconum, iadrensem notarium, et alios nobiles viros, quorum nomina subscripta sunt, vocare feci. In notitia et testimonio quorum volo et stabilio, ut omnia bona mea, domorum, vinearum, agrorum et omnium mearum rerum mobilium et immobilium, in quocunque loco sunt, et omnem ordinem domus mee, perueniat in potestate et dominatione predicti huius sancti monasterii, beate Marie virginis, preter vestes, que sunt in arca mea, et aliquantos perperos, quos memorata uxor mea ad remedium sue et anime mee pertractabit, cum in predicto sacro cenobio fuerit ingressa. Hoc meum testamentum stabile in perpetuum fore, ego Prodanus Gudici cum consensu uxoris mee Slaue laudo et confirmo.

Statuta sunt hec omnia et firmata in aspectu et testimonio Andree archipresbyteri, Martini Scandarelle, Cerne, filii Cucille, Madii Cosce presbyteri, Prouonie capellani ipsius monasterii, Trunzanni filii Michaelis Pance, et Manchiauini ad hec conuocatorum et rogatorum testium.

Ego Matheus sancte Anastasie subdiaconus et iadrensis notarius, a predicto Prodano Gudizi et Slaua eius uxore rogatus, ut audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui feliciter.

Iz starog zapisnika samostana kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CLXXIV. 1184. mjeseca ožujka. U Zadru.

Miroslav župan bribirski, kao pristav bana Dioniša, povraća samostanu sv. Krševana selo Brda u Slivniku.

In Christi nomine. Anno incarnationis millesimo centesimo octogesimo IIII., mense marcio, indictione secunda. Jadere. Regnante domino nostro Bela dei gratia Vngarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque serenissimo rege, et in ciuitate iadertina presidente Damiano Desinne comite, omnibus tam presentibus, quam eciam et futuris cognitum fieri volo, quod, ego iupanus Miroslaus brebriensis, filius Bogdanizi, veneram ad curiam predicti domini regis et illustris viri Dionisii maritime prouincie bani, ubi inueni Marinum venerabilem abbatem s. Grisogoni de Jadera, qui illuc venerat ad determinationem quam fecerat Zudonia Kerbozic super quandam villam ad Berdam, in loco qui dicitur Sluunicus manentem, quam predictus abbas per antiqua priuilegia constanter ostendebat fore monasterii b. Crisogoni martiris. De qua memoratus Zudonia molestabatur predictum monasterium, nec sinebat illam eundem monasterium in pace detinere. Sed et tempore illo, quo iam dictus banus Jaderam venerat, rationibus abbatis plenius intellectis, data determinatione per multos terminos Zudonia, et per viros citatus ad ultimum et prefixum sibi terminum venire nolens, dominus banus de consilio iupanorum Sclauonie per sententiam predictam villam monasterio s. Crisogoni adiudicauit, et Dedomirum Sramleni abbati pristaldum dedit, qui iuxta domini bani mandatum, prenominatum abbatem in iam dicta villa posuit. Super quam memoratus Zudonia priorem morem sequens, nitebatur ponere questiones. Unde dominus banus mihi firmiter precepit postmodum, ut ego essem pristoldus abbati de hac villa, quam ego per mandatum et firmum iudicium bani affirmo esse s. Grisogoni in sempiternum, et in loco mei do pristoldum Gregorium, filium

meum, coram his testibus: Juriza Zudoniz, Saraceno Bescianni, Mestichna Stupich, Tomichia Desse, Georgio Scioppe, Diminna Madii, Petro Cece, Domaldo Briacelle, Crisogono Bitizi.

Matica na pergameni u arkivu gubernijalnom u Zadru. Caps. I. b. 5. masso. K.

CLXXV. 1184. U Zadru.

Furmin Konstantin, daje svomu slugi Milodragu dozvolu, da se ženi s Milkom Žerkanovom, pod uvjetom, da sav njihov odvjetak bude prost i slobodan.

In Christi nomine. Anno dominice incarnacionis, millesimo, centesimo, octogesimo quarto. Tempore comitis Martini, et in buccaratu filii Maratunne, hoc actum est, ante presentiam bonorum hominum, nomina quorum subterleguntur. Ego Furminus filius Constantini, do potestatem seruo meo nomine Milodrago accipiendi filiam Zercanne nomine Milcam in uxorem, tali pacto, talique condicione, quod omnes filii et filie qui ex eis nati fuerint, sint libere et franci, et nec ego nec filii mei possint eos impetere, vel de seruitute vel de libertate, et omnem pecuniam, quam ipse Miledrago habet siue in antea habiturus est, habeat potestatem dandi uxori sue et heredibus, et faciendi quod voluerit in vita et in morte. Si vero contigerit quod predictus Miledrago captus siue mortus fuerit in suo seruitio, ego Furminus vel filii mei non possint dare aliquam calumpniam ex hoc uxori sue Milce. Huius autem rei isti sunt testes. Presbiter Radde filius Marole, diaconus Mattheus. Vragus (sic) filius Luce de Tole.

Et ego magister Gualterius communis notarius hoc breue sripsi et testor.

Svana: 1184. Contractus Sponsalium Furmini filii Constantini.

Matica pisana na malenoj pergameni, nalazi se u pismohrnni gubernija zadarskog, medju pismi dignutog monastira sv. Dominika, pod brojem 670.

CLXXVI. Oko god. 1184.

Bracat iz Konavlja, daje svoga sina u službu monastiru lokrumskom na deset godinah, uz godišnju plaću od pet soldah, i kaže da ga daje „per manupresa" to jest, sa dozvolom svojom i svoga brata, po običaju dubrovačkom.

Iz rukopisa: Spoglio delle Scritture di Lacroma.

CLXXVII. 1182—4. dne 23 ožujka. U Veletru.

Lucio III. papa rimski, piše Petru nadbiskupu spljetskomu, da njekog, kojeg mu ovaj preporuči za biskupa, nemože potvrditi poradi njegove starosti.

Lucius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri spalatino archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. C. litteras quas nobis per D. latorem presentium

direxisti, ad nostram notitiam noueris peruenisse, quod a nobis instantius postulabas, ut ei quem bone memorie predecessor tuus, ad episcopalis officii dignitatem, alio episcopo viuente promouit, et felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster statuit remouendum, nos, quia tamen iam dictus episcopus viam uniuerse carnis intrauit, licentiam exequendi, predictum officium conferremus. Noueris igitur, quod licet voluntatem et propositum habeamus petitiones tuas in quantum cum deo possumus exaudire, quia tamen predicta persona, sicut ab illis accepimus, qui eam se nosse fatentur, iam in diebus suis processit, et ad tanti fastigii dignitatem propter senilem etatem, et alia plurima inutilis perhibetur, preces tuas in ea parte non duximus admittendas. Nam cum terram videretur — inutiliter occupare, saluti eius et honori tuo congruere non putamus, quod ut ipsius in hac parte desiderio satisfiat. Datum Veletri X. kalendas aprilis.
Pečat izgubljena.

Iz vana: Spalatino Archiepiscopo.

Matica u c. k. dvorskom arkivu u Beču, medju pismi kaptola spljetskog.

CLXXVIII. 1185. 1. svibnja. U Spljetu.

Naredbe i zaključci crkvenoga sabora, držana u Spljetu.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnacione domini MCLXXXV. indictione III., domino Lucio papa III. apostolice sedi presidente, ac domino Bela III. Hungarie regnum gubernante, ac domino Henrico filio eius eo viuente coronato, et domino Petro Hungaro venerabili archiepiscopo spalatensem sedem regente, hoc actum est. Quoniam pastoralis officii cura, quibus summa spiritualium rerum committitur, admonet uniuersos, ac paterna sollicitudo inuitat, ut gregibus sibi creditis ita quisque prouideat, quod luporum morsibus non exponantur incaute, et ne congrua abutentes licentia, terrenis commodis inhiare videantur, et ne animarum lucra omittant diligenter inquirere. Ideo ego Petrus diuina fauente gratia, spalatine sedis archiepiscopus, videns multa enormia per . . nostrum spalatensem archiepiscopatum emersisse, multiplicesque subditorum errores considerans grauiter pullulare, ut domino prouidente excessibus tantis finem congruum imponere, atque salutaribus monitis audientium corda possem informare, de mandato et voluntate summi pontificis, in nostra spalatensi ciuitate, cum omnibus suffraganeis et abbatibus, nec non clericorum copia, generalem synodum, inuocata sancti spiritus gratia, kalendis maii deuotissime celebrauimus. In qua videlicet, que digna correctione videbantur, correximus, et que fuerunt plantanda, domino cooperante, prouida maturitate omnium fratrum communicato consilio, plantare curauimus.

([1] Ubi vero anathematizauimus omnes sectas hereticorum, et eorum complices contra sacrosanctam romanam ecclesiam et eius doctrinam oblaterantes, et omnes indebite ecclesiastici officii verberatores, et decimarum terrarum, redituumque ecclesiasticorum raptores, inuasores, ac illicite retentores, nisi digna satisfecerint satisfactione. Ubi et statuimus, ut omnes usualitates antiquas, quas ecclesia sancti Domnii habuerat, et iuris-

[1] Što pod zaporom ( ) sliedi, toga neima stari naš prepis, niti Lucić u svojoj Hist. Dalm. et Croat. nego sam Farlati, koj isto iz drugoga rukopisa prepisa.

dictiones tam in episcopos, quam in alium clerum percipiendo, secundum deum habeant auctoritatem; et quod neminem ad ordinem archiepiscopus promoueat, nisi per archidiaconum aut per canonicos sancti Domnii presentatum, sicut in alio priuilegio, quod canonicis super antiquis usualitatibus seruandis fecimus plenum et expressum. Instituimus etiam, ut officium beate virginis Marie in omnibus ecclesiis per nostram diocesim omni die cantetur. Preterea.)

Inter cetera quidem, cum parochie suffraganeorum nostrorum ad se inuicem essent confuse, et ceteris limitibus nequaquam distincte, et nullis priuilegiis communite, ita ut ipsi episcopi in errorem et controuersiam sepe inducerentur, placuit primo nobis, et postea omnibus nostris episcopis, memoratas parochias taliter distinguere, ac priuilegiis communire, ut de cetero unusquisque episcoporum attributis sibi parochiis et priuilegiatis gaudeat, et nulli umquam fratrum suorum questionem exinde mouere presumat. Diffiniuimus itaque pari voto et communi voluntate eorundem suffraganeorum, ut archiepiscopus spalatensis has habeat parochias: Clissam, Scalle, Zminam, Zettinam, totam Cleunam, totum Masurum et totum Dol, [1] usque ad Vrullam, et ubicumque sunt terre sancti Domnii, debeant dare decimam sancto Domnio. (Insuper habeat has ecclesias: sanctam Martham, sanctum Petrum de Clobuco, sanctam Mariam, sanctum Stephanum, sanctum Moysem, sanctum Bartholomeum) [2] Tiniensis episcopus habeat sedem suam in Tenin, et habeat has parochias: Tenin campum, Verchrecam, Pset. Traguriensis episcopus habeat has parochias: Scardonam, Brebir, Belgrad, cum tota Sidraga. Nonensis episcopus habeat has parochias: Nonam, totam Lucam, et medietatem Lice. Signiensis episcopus habeat sedem suam in Signia, et habeat has parochias: Signiam, vallem vineariam, Gazcam, et Busan. [3] Corbauiensis episcopus habeat sedem suam in Corbaua, et habeat has parochias: Corbauam, medietatem Lice, [4] Nouigrad, Dresnic, Plas, et Modrusam. (Pharensis episcopus habeat sedem suam in Phar, et habeat has parochias: Phar, Braciam, et Lissam, Corceram, Lastam, et Mulcer, et totam Crainam) [5] Ecclesie vero sancti Stephani regis, et capelle nostre in honore sancti Johannis, quam nos manu nostra consecrauimus, hanc ordinationem fecimus: Quod ei post archiepiscopum, nullus presit, nisi sacerdos ei ordinatus. Cui hos reditus, communi voluntate fratrum ibi asistentium [6] concessimus, vineam unam in Biaci, quam a quodam Tragurino, filio Furmini Calageorgii, iustitia dictante, iudicio Dircemiri, [7] Tragurii tunc comitis, recepimus. Cuius cause pristaldus est Cerne filius Cypriani, testes sunt: iupanus Petrus, filius Gregorelli, et Martinus Tragurinus de Benedicite, [8] et alii quam plures. Et ibidem [9] in Biaci terram ad duos boues, bouem, et vaccam. Statuimus siquidem ut nulli omnino hominum [10] liceat hanc paginam nostre constitutionis et confirmationis infringere, vel ei [11] aliquatenus contraire. Quicumque [12] vero ausu temerario id facere attemptauerit, indignationem omnipotentis dei, et nostram et fratrum nostrorum maledictionem [13] se nouerit incursurum, et sancto Domnio componat centum Marcas argenti.

---

[1] U Farlatu: totum Pol, što bi se sa Politium tumačiti dalo. [2] Što je pod zaporom, neima opet starinski prepis, niti Lucić, već jedini Farlati. [3] Farlati dodaje ovamo: et totam medietatem Lice. [4] Farlati dodaje ovamo još: Vinodol, Bussan. [5] Što je pod zaporom, izpušćeno je u starinskom prepisu i u Luciću. [6] Lucić pogriešno: existentium. [7] Lucić: Dirsemari, Farl. Pirsemiri. [8] Lucić: Benedicte. [9] Farl. itidem. [10] Lucić: homini. [11] Luc. eis. [12] Farl. Quisquis. [13] Stari prepis: fratrum maledictionem nostrorum.

(Precipimus insuper, quod presens scriptum in maiori ecclesia sub eura canonicorum seruetur, qui loco nostri, dum ecclesia vacat, tam episcopis, in quibus ecclesie obedire iuramento tenentur, quam uniuerso clero nostre diocesis de iure presunt, et auctoritatem habent imperandi, ut si alicui violentia fuerit illata, habeat illuc recursum, et si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam eorumdem canonicorum, iuxta considerationem puniantur, nolentes nostra statuta obseruare.) [1] Ut autem hec ordinatio, quam his personis presentibus [2] et eam approbantibus statuimus: Flascone, tiniensi episcopo; Michaele, traguriensi episcopo; Michaele scardonensi episcopo; Matheo nonensi episcopo; Mireo, signiensi episcopo; Matheo, corbauiensi electo; (Micha, pharensi electo;) [3] Ysaac, sancti Stephani abbate; Vincentio, traguriensi abbate; Alberto Pisano sancti Bartholomei preposito, [4] Duimo, sancti Domnii primizerio; Johanne sacrista, cum toto eiusdem ecclesie capitulo; Vilcotta archipresbytero de Clissa; Vilcotta archipresbytero de Bribiro; [5] Gaudio, archidiacono traguriensi, cum suis clericis; Drasez, [6] scardonensi presbytero, cum eiusdem ecclesie clericis; Desimiro, licensi archipresbytero, cum clericis eiusdem ecclesie; Radona, busanensi archipresbytero, cum clericis eiusdem ecclesie; Techomiro, [7] nonensi archipresbytero et Petro primicerio, cum reliquis eiusdem ecclesie clericis; firma stabilisque permaneat (per cancellarium nostrum Albertum sancti Bartholomei prepositum fecimus conscribi et insigniri propriis sigillis. Datum Spalati in ecclesia sancti Andree apostoli, per manum supradicti prepositi Alberti cancellarii nostri.) [8]

Stari prepis ove velevažne izprave iz 13. ili 14. vieka na pergameni pisan, kupljen po meni u Trogiru, čuva se sada u knjižnici jugoslavenske akademije. Po njemu izpravio sam tekst Lucićev: De regno Dalm. et Croat Lib. III. cap. XIII. i dodao pod zapori ono, što je tu izostavljeno, iz Farlata T. III. str. 213—214. O toj izpravi i o rukopisu iz kojega izvadi svoj priobćeni sadržaj, veli Farlati ovo: Hujus concilii provincialis exemplaria plura quidem habemus, alia ex aliis tabulariis Ecclesiarum Dalmatiae deprompta, sed nullum nancisci potuimus, quod plane integrum esset, nullaque ex parte diminutum, cuiusmodi est illud, quod Joannes Lucius Lib. III. cap. XI. (XIII) inseruit, in quo praeter descriptionem Dioeceseon episcopalium nihil fere aliud continetur. Ab aliis itidem exemplis aliquot canones absunt, quos tamen constat in hoc synodo conditos fuisse, cum illos commemoret in suis ad Petrum litteris Urbanus Papa III. qui Concilium hoc auctoritate apostolica confirmauit. Exemplum huius concilii coeterum plenius et copiosius, quod hic subjicimus, desumptum est ex antiquissimo Codice membranaceo Euangeliorum tabellis corio nigro obductis utrinque munito, quod asservatur in tabulario Capituli spalatensis.

CLXXIX. 1184—1185. 22. studena. U Veroni.

Lucio III. papa, potvrdjuje crkvenjakom darovanje grada Senja i crkve sv. Jurja, učinjeno im od kralja Bele III.

Lucius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis magistro et fratribus militie templi salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos

[1] Što je pod zaporom, opet je izpušćeno kod Lucića i u starom prepisu. Farlati priobčio. [2] Ove rieči neima u Farlatu. [3] U Luciću i u starom prepisu izostavljeno. [4] Farlati neima ovoga svjedoka, već ga od ozdo stavlja kao kancelara i pisca ove izprave. [5] Lucić: de Kileo, Farl. Kalco. [6] Farlati Prasez. [7] Lucić: Techemiro, Farl. Decomiro. [8] Što je pod zaporom, ima Farlati, kako mislim pravilnije, mjesto ovoga ima Lucić i stari prepis sljedeće: „per notarium nostrum Sabbatium scribi et sigillo sancti Domnii et nostro imprimi precepimus.“

facilem prebere assensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, villam Signye a charissimo in christo filio nostro Bela illustri Hungarie rege, cum omnibus pertinenciis pia domui vestre liberalitate collata, cum ecclesia sancti Georgii, et omnibus que in eodem loco de donatione regia rationabiliter possidetis, vobis et successoribus vestris apostolica auctoritate confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Verone X. kalendas decembris.

Fejer. Codex Dipl. R. Hung. II str. 204. Jaffé. 1184—1185. 22. Nov.

CLXXX. 1185. U Spljetu.

Petar nadbiskup, i crkveni sabor spljetski, potvrdjuju kanonikom spljetskim njeku daću, koju im morade davati svake godine na uskrs, samostan sv. Stjepana.

Petrus dei gratia archiepiscopus ecclesie spalatensis, omnibus ad quos hec scripta peruenerint, salutem in domino. Quoniam etas huius seculi perpetuo cursu instar fluminis delabitur, et nihil stabile et fixum retinet; preclare ac prudenter more maiorum comparatum est, ut mortalium acta et decreta litteris publicis impressa posteritati tradantur. Quare cum nos presideremus synodo prouinciali, quam ex mandato Lucii pape III. cum nostris episcopis, abbatibus et clero totius prouincie, in ede sancti Andree apostoli celebrauimus; postquam omnia, que agenda erant, facta et transacta essent, ut finis aliquando controuersiarum omnium constitueretur, palam ediximus, ut quisquam in medium proferret, que synodi auctoritate decerni, aut confirmari oportere putaret; nam post synodum dimissam de hisce rebus agendi facultatem ademptum iri. Tunc Duimus primicerius sancti Domnii et canonici edis metropolitane surgentes e subselliis, exposuerunt coram nobis, quid et quantum ex antiqua consuetudine singulis annis die paschatis post prandium sibi contribuere monachi sancti Stephani deberent. Nimirum duos vereces, duos agnellos adhuc intonsos, duas amphoras vini optimi, itemque panes triticeos quinquaginta; id quod Ysaac abbas eiusdem cenobii, Martinus prepositus, Claudius Dresedape, et ceteri monachi confirmarunt. Quamuis autem faterentur canonici, hec omnia sibi quotannis integre ac fideliter prebita fuisse, tamen ne huiusmodi contributio, aut in controuersiam vocari, aut desuetudine exolescere aliquando posset, postularunt, ut illa omnia hisce litteris singillatim ac distincte consignarentur. Contra vero monachi aiebant: moris esse canonicorum spalatensium, ut singulis annis die dominica in albis, que octaua est post diem festum paschalem, solemni suplicatione instituta, ad edem sancti Stephani adirent. Sed ex testimonio M(ichaelis) episcopi traguriensis et Michaelis episcopi scardonensis, et G(audii) archidiaconi traguriensis, qui legitime rogati fuerant, cognitum ac decretum est, morem illum canonicis nulla lege prescriptum fuisse, sed plane liberum ac voluntarium esse, eiusque abrogandi vel retinendi penes ipsorum arbitrium ac potestatem esse. Quocirca, ne ad contributionem illam annuam, vel canonici aliquid addere, vel monachi de illa aliquid detrahere possent, hec per M. Albertum prepositum sancti

Bartholomei, et canonicum nostrum, tabulis publicis mandari, et has tum nostro, tum fratrum nostrorum signo muniri iussimus. Datum Spalati anno MCLXXXV indictione III. Lucio III. pontifice et Bela rege Hungarie.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III. str. 218.

CLXXXI. 1185. U Spljetu.

Crkveni sabor spljetski, odobrava na korist kanonikah spljetskih, njeka pripadajuća im goštenja.

Flasco tiniensis, Matheus nonensis, Mireus signiensis, Michael scardonensis, et Michael traguriensis, dei gratia episcopi, uniuersis presens scriptum suscipientibus, eternam in domino salutem. Duritie quidem merito redargui possemus, si iusta petentibus assensum denegare videremur. Decens enim est, et omnino videtur laudabile, quotiescumque id petitur, quod iuri et honestati conuenire dignoscitur, nec a rationis tramite discrepat, fauorem prestare. Eapropter, quia sancti Domnii canonicorum affectio id, quod ab archiepiscopo Petro, filio Chilenni, in nostrorum presentia gestum est, testificari et in promptum duci voluit, petitioni eorum fauorem prestantes, ne postmodum aliquam prestaret obscuritatem, nostro scripto ad futurorum memoriam mandare sanciuimus. Cum igitur predictus archiepiscopus ad extirpanda enormia, et plantanda utilia, nos et multitudinem cleri sui archiepiscopatus sub generali synodo congregaret, statutis omnibus que statuenda sunt, tandem ultimo die concilii idem archiepiscopus cunctis proposuit, dicens: ut si quis aliquid ad proponendum haberet, nisi tunc proponeret, nihil postea proponere posset. Duimus itaque sancti Doimii primicerius, et uniuersi canonici ad eius imitationem unanimiter insurgentes, ut eorum iura ab eo integre soluerentur, eum petierunt, scilicet: XII. prandia per annum, decimam forinsecarum decimarum suarum parochiarum, sabbathorum potationes, et dominicis diebus tribus hebdomadariis prandium. Quia vero ipsi tunc propriam partem eius intrinsece decimationis tenebant, quare eam tenebant? eos petiuit. Cui respondentes ideo eam possidere dicebant, quia quondam archiepiscopi tenebantur per totam hebdomadam quinque pascere, videlicet presbyterum diaconum, subdiaconum, diaconum, acolythum, et sacristam; et quoniam graue eis erat, ne tot per hebdomadam pascerent, nisi tantum dominicis diebus tres hebdomadarios, ipsam portionem tenendam concesserunt. Igitur quoniam antiquo usu ipsos canonicos portionem illam possidere cognouit, et nolens eos a suis iustitiis euacuari, pro ipsis, quas petebant, quas etiam ipse soluerat in parte; tam quartam partem decime videlicet restaurationis, quam tenebant, quam oblationis, habenda et possidenda immobili firmitate eis concessimus. Anno dominice incarnationis MCLXXXVII (V) indictione VI (III) Presidente romane sedi Lucio III., Ungarie regnum gubernante Bela III. hec scribi per communem notarium Sabbatium et nostrorum sigillorum impressione communiri voluimus.

Farlati Illyr. sacr. T. III. str. 218. Da izpravi pogriešan datum i indikciju ove izprave, mislio je Farlati da bi se na koncu pisma ovako čitati imalo: „Habenda et possidenda immobili firmitate eis concessimus (de sententia concilii) presidente romanae sedi Lucio III. Hungariae regnum gubernante Bela III. Haec scribi per com. notarium Sabatium et nostrorum sigillorum impressione communire voluimus. Anno dominicae incarnationis MCLXXXVII indictiore VII.“ Nu i tu je pogriešio Farlati u indikciji, jer broj VI neodgovara g. 1187. nego 1188. Pošto ipak izprava jasno

spominje posliednji dan sabora crkvenoga, koj se držao g. 1185. i pošto je poznato, da je papa Lucio umro iste godine dne 25. studena, a njegovo mjesto zauzeo papa Urban III. još rećene godine dne 1. prosinca, to sam dakle izpravu uvrstio kamo i spada, u godinu 1185.

CLXXXII. 1186. mj. siečnja. U Kotoru.

Jura poslanik Nemanje, velikog župana srbskog, čini zajedno sa sudci kotorskimi njeke naredbe.

In nomine eterni dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno millesimo centesimo octuagesimo sexto, mense ianuarii, tempore domini nostri Nemanne iupani Rasse. Ego Jurha setnicus, directus in ciuitatem Cataro a predicto magno iupano, una cum iuratis iudicibus ab ipso constitutis, Junio Sergii, Jacobo Boce, Petrolino Gregorii, et cum omnibus nobilibus catarensibus . . sub pulsatione campane . . ut ab hodierno die in antea, si quis ex nostris conciuibus emerit de aliquo seruo palas vel arundines, siue salices, det sex michalatos, de quibus unum accipiat comes ciuitatis, et quinque dentur ad utilitatem ecclesie sancti Trifonis. Et seruus qui habet iubbatum, vendet palam siue in porta, vel dominus eius interogetur. Et super seruum qui furtum fecerit, non possit plus dari iudicatura, nisi duo vel tres perperi, super liberum autem detur iudicatura quantumcumque datori iudicature placuerit.

Rád. I. str. 127. iz starog rituala kotorske crkve sv. Trifuna.

CLXXXIII. 1186. 9. svibnja. U Veroni.

Urban III. papa, potvrdjuje utemeljenje hospitala božjakah kod sv. Petra na Bojišću, u ninskoj biskupiji.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis Matheo rectori et fratribus cruciferariis hospitalis sancti Petri (de) Boisce, tam presentibus quam futuris, communem vitam ducentibus, in perpetuam memoriam. Effectum iusta postulantibus indulgere, et vigor postulat equitatis, et ordo exigit rationis, presertim, quando petentium voluntatem et pietas adiuuat, et veritas non relinquit. Eapropter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum hospitale sancti Petri de Boisce cum omnibus que in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut ea firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Possessiones autem istas duximus propriis nominibus exprimendas. Locum ipsum in quo prefatum hospitale situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam in Boisce in partibus Sclauonie positam, quam nonensis episcopus ordini vestro rationabiliter assignauit, sicut in autentico ipsius scripto plenarie continetur, vobis et successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus, et quicquid habetis in loco, qui dicitur palatium. Sane noualium vestrorum, que propriis manibus vel sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere vel extroquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes, li-

beros et absolutos, ad conuersionem vestram recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum hospitale temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio . . stere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Bene valete.

(Na desnoj strani okrugli biljeg. U sriedini krst s napisom: scs. Petrus. scs. Paulus. Urbanus pp. III. Na okolo: Animam meam ad te domine leuaui.)

Ego Urbanus catholice eccles. episcopus ss.
† Ego Henricus albanensis episcopus ss.
† Ego Paulus prenestinus „ „
† Ego Teobaldus kostiensis et velletriensis episcopus ss.
† Ego Johannes presbyter cardinalis tt. sancti Marci „
† Ego Petrus presbyter cardinalis tt. sancte Susanne „
† Ego Laborens presb. card. sancte Marie trans Tiberim, tituli Calisti ss.
† Ego Pandulfus presb. card. tt. XII. apostolorum ss.
† Ego Albinus presb. card. sancte crucis in Jerusalem ss.
† Ego Melior „ „ ss. Joannis et Pauli tt. Pagmachii ss.
† Ego Adelardus tt. sancti Marcelli presb. card. ss.
† Ego Jacinthus sancte Marie in Cosmidyn diac. card. ss.
† Ego Gratianus ss. Cosme et Damiani diac. card. ss.
† Ego Bobo s. Angeli diac. card. ss.
† Ego Octauianus sanctorum Sergii et Bachi diac. card. ss.
† Ego Goffredus sancte Marie in via lata, diac. card. ss.
† Ego Petrus sancti Nicolai in carcere tulliano, diac. card. ss.

Datum. Verone per manum Alberti sancte romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, VII. idus Maii. indictione quarta. Incarnationis dominice anno MCLXXXVI. Pontificatus vero domini Urbani pp. III. anno primo.

Matica na pergameni u zagr. narodnom muzeju. Iz vana: In favorem hospitalis fratrum cruciferiorum sancti Petri Boiçe dioecesis Nonensis. Anno 1186. sravni: Farlati. Illyricum sacrum T. IV. str. 216.

CLXXXIV. 1186. 27. rujna U Dubrovniku.

Dubrovčani utanačuju mir s velikim županom Nemanjem i njegovom braćom Strašimirom i Miroslavom.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo centesimo octogesimo sexto, indictione quinta, mensis septembris, die sanctorum Cosme et Damiani. In ciuitate Ragusii, in curia domini gloriosissimi regis W(ladislaui) et domini Tribuni archiepiscopi, in presentia et Tasaligardi regis camerarii ac Gèruasii comitis, cunctorumque nobilium et populi uniuersi. Venit Neudalus iupanus et Drusiuna setnichus, Vidossi filius, ex parte magni iupani Nemanne, et fratrum eius comitis Strazimiri et comitis Miroslaui, quorum locutiones audientes, archiepiscopus, camerarius, comes cum nobilibus et populo, hoc ordine pacem fecerunt. Videlicet: ut omnia mala, que retro tempore acta fuerunt inter Raguseos et Sclauos pro lite de vineis, galeis, sagittis, hominum, animalium et omnium rerum, ex utraque parte usque ad diem istum in pace remaneant, et nunquam rememorentur omni tempore, salua tamen hereditate Raguseorum quam antiquitus possederunt ex patribus, ex auis et proauis suis pro se, excepto locum Ragat et omni . . in lege habende sunt posite. Et quod secure Ragusei per totam terram illorum, nominatim portum Narente, mercando, laborando, pascendo et sua reposita recipiendo (et) ligna incidendo pergant, sine ullo contrario, secundum antiquam consuetudinem, et sine aliqua decima que ex nouo super Raguseos posita fuit. [1] Et ut vas antiquum de vineis tollatur, pro quibus antea acceptum fuit. Et quod solidos nullo umquam tempore super Raguseos querant aut accipiant, sicut prius retro tempore acceperunt pro nulla culpa quorumlibet hominum. Item Sclaui ut a parte Ragusii sint salui, et nullum malum sit eis a Raguseis per terram aut per mare, et nullam captionem habeant sine iustitia. Et Sclaui de Chelmania, ut per ciuitatem ubi voluerint emant. Et quod Ragusei . . non querant. Et quod pax pro nulla re aut culpa aliquorum (hominum) proici possit perpetuo, sed quorum . . fuerit per iustitiam emendetur. Insuper quod innimici illorum, Ragusium stando, illis et terre eorum non offendant. et quod Raguseorum inimici in terra illorum stando, Raguseis non offendant. Hanc pacem cum megaiupano Nemanna, Strazimiro (et) Miroslauo, nos Ragusei fecimus, et (cum) heredibus eorum et terra illorum, ut perenne firma permanet omni tempore, salua tamen iussione et ordinatione atque fidelitate domini nostri gloriosissimi regis. Et nos Ragusei ut nullum quid queramus a megaiupano et eius fratribus sine ratione sac . . uex. et hec sancta patrocinia (atque dei euangelia) et crux sancta, hoc quod hic scriptum est tenemur. Amen.

† Ѣзъ вели жупань кльнь се и подъписахь
† Ѣзь кнезь Мирославь Клъннь се и подъписахь.

Listina ova pisana na pergameni i priljepljena na platnu, oštećena je na mnogih mjestih tako, da se težko pročitati može, nu budući da se još dva prepisa, naime jedan suvremeni, takodjer razderan, i na pergameni, a drugi mnogo kasniji na papiru, nalaze, to sam koliko bijaše moguće iz tih dvajuh moj prepis popunio. S vana na savitku napisano je: 1186. den 27. September

[1] U drugom prepisu ima: et ut tollatur decima qua (sic) ex nouo supra Raguseos posita fuit.

Freundschaftsbündniss zwischen Ragusa und zwischen den Jupann Nemagna, und dessen Brüdern den grafen Strassimir u. Miroslav. — Alle ältern Unbilden sollen vergessen u. den Ragusanern der Handel, das Holzfällen unbenommen bleiben. Ragusa — Rub. Servien. 163—5. Ljubić List. I. ju je takodjer ali ponješto pogriešno priobćio.

CLXXXV. 1186. 11. studena. U Veroni.

Urban III. papa, potvrdjuje sve naredbe i zaključke sabora spljetskog, osim dvajuh.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Petro spalatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Que a fratribus et episcopis nostris rationabiliter pertractantur, firma debent, et illibata permanere; et ne processu temporis per alicuius malitiam immutentur, apostolico presidio communiri. Eapropter tuis iustis postulationibus gratum impertientes assensum, diuisiones parochiarum, quas de suffraganeorum tuorum assensu fecisse dignosceris, et redigi fecisti in scriptum, pro eo quod ex confusione ipsarum questiones difficiles sepius consurgebant, [1] sicut rationabiliter de illorum suffraganeorum conscientia facta sunt, et in scripto authentico continentur, et constitutiones alias, que pro corrigendis quorumdam excessibus et aliis honestis causis congregato concilio deliberatione prouida statuistis, cum additionibus et determinationibus que in ipsis capitulis inferius apponuntur, auctoritate apostolica confirmamus. [2] — Ut officium beate Marie ab omnibus communiter celebretur, preterea canonici, qui reditus canonicos habent, in nigris cappis, vel albis superpelliceis ad diuina officia celebranda conueniant, et dormiant in dormitorio uno; et si aliquis ex canonicis ecclesie tue de mandato archiepiscopi, qui pro tempore fuerit, vel capituli, processerit aliquorsum, donec extra permanserit, exigente necessitate, fructus prebende sue, seu alios reditus suos integre consequatur. Prohibuisti etiam ne conuenticula fierent, que fraternitates appellantur, et ne comes, vel alius quicunque laicus, cum tuam ecclesiam rectorem vacare contigerit, de domo, vel aliis rebus ecclesiasticis se intromittere ulllo modo presumat, vel personam aliquam eis preficere. . . Clericus de communi vel maioris et sanioris partis suffraganeorum consilio duxerit ordinandum. Statuisti etiam, ut nullus in sacerdotio ducat uxorem, nec ad sacerdotis ordinem assumatur, nisi se victurum promiserit continenter, quod volumus etiam in diaconatus ordine obseruari. — Ad hec insuper statuisti, ut nullus episcopus presbyterum, seu clericum alterius dioecesis accipere sine proprii episcopi litteris, vel ordinare presumat; et ut nullus clericus ecclesiam obtinere per laicos, vel accipere ab aliquo inuestituram ecclesie non vacantis attemptet, quod si fecerit, officii beneficiique pena mulctetur. — In causa ecclesiastica nisi parua sit, nullius sine iuramento testimonium admittatur, quod in qualibet etiam ecclesiastica causa dicimus obseruandum. — Ita vero de monialibus decreuisti, quod post annum sue probationis velamen accipiant, aut egrediantur de claustro; quod sic tantum volumus obseruari, ut expulse in aliquo loco votum suum (obseruent), ne redarguende transgressionis videantur. Abbatissa vero infra mensem electionis sue benedictionem accipiat, vel remota eadem, alia subrogetur, et neque lineo vestimento, neque carne utantur, nisi forte fuerint infirmitate detente. — Et quia multi passim legitimis dimissis uxoribus superinducunt alias, statuisti: ut si quis dimissa propria uxore acceperit aliam, nisi se correxerit, nec in vita, nec in morte sepultura, vel alia ei sacramenta ecclesiastica impendantur. —

[1] Lucius. emergebant. [2] Sequuntur statuta Concilii spal. Farlati.

Quod etiam de imponendis decimis decreuisti, decernimus obseruandum. — Illud vero quod de usurariis, et de contractu matrimonii aute quintum consanguinitatis, vel affinitatis gradum lineam statuisti, ne videantur in aliis gradibus indulgeri, non decernimus confirmandum, vel usuram in aliquo casu permitti. — Preterea vinculo anathematis innodasti, qui auferret ecclesie priuilegia, vel ex eis utile aliquod ex sua iniquitate abradunt, quod quidem obseruari iubemus. — Reliquum vero capituli, ut videlicet, quicumque rem mobilem vel immobilem ecclesie auferunt, et presertim ecclesie sancti Bartholomei, eadem pena plectantur, quia nimium seueritatis esse videtur, non decernimus confirmandum, nollentes tamen auctoritati tue per hoc aliquatenus derogari. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam infringere nostre confirmationis, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Verone 3 idus novembris.

Iz pismohrane nadbiskupije spljetske Farlati Illyricum Sacrum T. III. p. 219. Lucius u izvadku. De Regno Dalm. et Cr. lib. III. C. X. III.

CLXXXVI. 1186. 12. prosinca. U Veroni.

Urban III. papa, potvrdjuje nadbiskupu spljetskomu pravo, da se pred njim nosi krst.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Petro spalatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Fratres et episcopos nostros sincera debemus charitate diligere et utilitati honoris cum ipsorum propensiori cura intendere, ac iura sua, quantum in nobis fuit, illibata seruare. Eapropter tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, consuetudinem deferendi crucem, sic dicendum dominicum vexillum, per totum regnum Hungarie rationabiliter ecclesie tue concessam, et hactenus obseruatam, fraternitati tue auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis ergo hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Verone secundo idus decembris, pontificatus nostri anno primo.

Urbanus papa III.

Farlati. Illyricum Sacrum III. 221.

CLXXXVII. 1187. 18. veljače.

Radić Sramljanov, dvornik, uvadja kao pristav samostan ss. Kuzme i Damjana u posjed otetih mu zemaljah i vinogradah oko Knina.

Anno incarnacionis domini nostri Jhesu Christi millesimo CLXXXVII. mensis februarii die XVIII. indiccione VI. (V), temporibus domini nostri Bele tercii, dei gracia inuictissimi regis Ungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame, et Petri iadrensis archiepi-

scopi electi, et Damiani eiusdem urbis incliti comitis. Ego nempe Raddicha, filius Sramliani Ysaci, duornicus, dimissus pristaldus a Stephano Yerace et Sracinno Besanni iupanis, mitto te Dominicum sanctorum Cosme et Damiani abbatem et omnes monachos eiusdem cenobii tam presentes quam futuros, per predictorum iuppanorum sententiam, tam in vineam quam in cunctis territoriis et possessionibus, que Bruconia cum suis heredibus aput Tenum in territorium (o) Moimiri, fratris Drascei, habere dicebatur, quod idem Moimir antiquitus monasterio sancti Johannis euangeliste pro sue anime remedio, sicut superiori cartula continetur, donauerat, tali videlicet ordine, ut omnia supradicta iure hereditario perpetuis temporibus habeatis et possideatis, ac ut idem Bruconia in his se de cetero non intromittat per se, neque per intermissam personam, per predictorum iudicio iuppanorum sum directus, ut X. boues a iam dicto Bruconio acciperem, quod et feci et pristaustinam recepi, quod meum ius fuerat, sibi suisque heredibus perpetuum silencium imponens eo, quod ydoneis testibus fuerat approbatum, quod si qua ibi aliquando habuerat, prefato monasterio pro XXI. romanatis auri vendiderat, iudicio quorum iuppanorum hii nobiles affuerunt testes: Boricius Gussich, Martinus Sluradi, Trunzanus Michaelis, Gaudius Nosse, Grubessa de Joseph et multi alii, tam Sclaui quam Latini. Ubi autem vos in vestris possessionibus intromisi, fuerunt hii testes: predictus Boricius, Vilcinna, Tolei filius, Beloscius de Teno, Jacobus, Chropinuce filius, et ego Blasius diaconus et iadrensis notarius, qui facto interfui et omnia que predicta sunt a prefato pristaldo audiui, has difinicionis paginas, scripsi, roboraui et solito signo signaui.

Polichorion. Arkiv gub. zad.

CLXXXVIII. 1187. 30. rujna. U Zadru.

Petračija Negomir, kaludjer zadarski, sviedoči kako je Svinimir kralj hrvatski njeko svoje zemljište darovao njekomu meštru pradjedu Šestaka.

Anno incarnacionis domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo octuagesimo septimo, mense septembri, die ultimo, indiccione sexta, (V) Jadre. Temporibus domini nostri Bele, dei gracia inuictissimi regis Hungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame, et Petri iadertine sedis venerabilis archiepiscopi, ac Damiani eiusdem ciuitatis illustrissimi comitis. Testificor ego siquidem Petracia Negomire monacus, et in ipsa veritate, quod Christus est, dico, quod tunc temporis, quando abbas Niciforus monasterium sanctorum Cosme et Damiani regebat, et ego secum apud partes Rogoue multociens equitassem, audiui ab ore eius, quod rex Suinimir, quoddam territorium a quadam maceria, que Cauca dicitur, usque ad viam grandem versus occidentem, que sclauice Colnicus dicitur, et ab inde recto tramite deorsum versus, usque ad Blatam, omnia que inter hos terminos coli possunt, cuidam magistro suo, proauo videlicet Scestaki, regia auctoritate propterea, quod sancti Johannis euangeliste ecclesiam cooperierat, antiquitus donauisset, et sui heredes post ipsum illud territorium ut proprium donum regium multis temporibus possedissent. Quia vero te Damianum nepotem prenotati Scestaki esse cognosco, et hec multociens a iam dicto Niciforo et a multis aliis in veritate audiui, coram te ac coram Micha Pecenegi, Bitte Prestancii, Blasio diacono et iadrensi notario, ac Anastasio Birfi (Biufi) ydoneis testibus per verum dixi testimonium, rogans plurimum, ut omnia

que predicta sunt, in scriptis redigerentur. Et ego supradictus Blasius diaconus et notarius a iam dicto diacono Petrazi, ac coram supradictis testibus deprecatus, hanc testificacionis cartulam ut audiui, scripsi, roboraui et solito signo signaui.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

CLXXXIX. 1187. 25. listopada do 17. prosinca.

Grgur VIII. papa, podieljuje samostanu benedictinskomu u Monte Cassino, crkvu sv. Marije od Rezata, u dubrovačkoj državi, sa svimi pristojališći, pozivajući se na darovanje iste crkve istomu samostanu, učinjeno po nadbiskupu dubrovačkom i knezu Sabinu vlastniku rečene crkve, koj knez bijaše poslao dvie srebrne škrinje opatu samostana sv. Benedikta na brdu kasinskom s molbom, da mu pošalje njekoliko kaludjerah, da ustroje uz rečenu crkvu samostan svoga reda, na što opat doista pošalje trojicu kaludjerah, koji ustrojiše samostan lokrumski podčinjen samostanu kasinskomu.

Iz rukopisa: „Spoglio delle scritture di Lacroma."

CXC. G. 1187. U Splietu.

Crne Krapov, tjerajući parbu proti samostanu sv. Petra Gumajskoga, poradi zemaljah što se protezaše od Belaja do solinskoga zida i do glave od mosta, bude odsudjen na gubitak.

In Christi nomine. Amen. Anno dominice incarnationis millesimo, centesimo, octogesimo VII. indictione. V. existente Petro filio Chitleni, venerabili spalatensi archiepiscopo, Issaac sancti Stephani abbate, predicti archiepiscopi vicario, insurexit Cirne filius Chrappe adversum monasterium sancti Petri de Gumaio, et placitauit cum eius abbate Ruberto, ante predictum archiepiscopi vicarium Issaac, de terris que sunt a Belayo ad murum, scilicet ad caput pontis, quas terras Cirne dicebat esse suas; sed quia nullam ostendebat certitudinem, et monasterium eas possidebat, et scriptum ostendebat, iudicauit monasterio, quod eas iuramento firmaret, et placitum obtineret; quod iuramentum Talmatius sancti Petri iuppanus ibidem fecit, astantibus testibus: Magero et Duimo Pinose, et etiam predictus abbas Isaac suum prepositum Martinum pristaldum dedit. Ego Sabatius subdiaconus communis iuratus notarius precepto abbatis Isaac hoc breue scripsi.

Iz rukopisa XII. vieka, što se čuva u pismohrani kapitula sṕietskog, te iz rukopisa bivše moje knjižnice br. 287.

CXCI. 1187.

Dujam sin Prestancijev, sa svojimi rodjaci, dobiva po izreki pristava zemlju Brest pod Perunom, darujući ju zatiem samostanu sv. Stjepana kod Spljeta.

(Talijanski prevod.)

Nel nome di Christo. L' anno dall' Incarnatione di lui MCLXXXVII. nell indictione V. Nel tempo di Grubesca Conte Vilcotta Giudice et vicariato di Cosmo genero di Giovanni Budico. Io Doimo figliolo di Prestanzo, ho fatto fare questa carta di testamento. Come pretendendo Cerna figliolo di Crappa, che le terre poste in Brest, luoco detto Olmo sotto Perun, fossero state de suoi ascendenti, et allegando per testimonio Vilico figliolo di Rasomeo Vescovo, arciprete de Clissa, Pristaldo delle nostre terre, dicendo: che esso haveva sentito, mentre Stressimiro lavorava esse terre per parte di Cirna s' opposo et contradisse, et rimettendo mi a quello fusse da lui arrestato, elegessimo di comum consenso il nobil huomo Lucato figliolo di Stenna Stresio, accio fosse nostro Pristaldo, et interrogasse il d. Ulivo di questo fatto. Il quale Ulivo interrogato dal nostro Pristaldo disse: che non ha mai udito ne Stressimiro, ne alcun altro per nome di detti Cerna contradicente, et cosi Cerna hebbe torto, et io fui vincitore. Io Sabatio subdiacono nodaro giurato del Comune ho scritto.

Stante le cose come e predetto, e piaciuto a me sopradetto Doimo figliolo di Prestanzo, et a mio fratello Stano, et alli nostri parenti Paolo Michel, Prodano et Giovanni Maria Saranovo, et tutti gli altri tanto maggiori quanto minori, tutti cosi concordi di dare la sopradetta corte con tutti le terre lavorate et non lavorate, come si legge dal principio al fine de questo priuilegio, al monasterio di san Stefano, per l' anima di quello che l' aguistò, et di tutti li nostri antenati. E ben vero, che la spesa fatta et questa recupera che fú di 20 Romanati fú di bona del monasterio.

Documenti di s. Stefano di Spalato. Rukopis u knjižnici mletačkoj sv. Marka. MSS. Italiani Clas. V. Cod. LI. str. 44.

CXCII. Oko god. 1188. 19. veljače. U Lateranu.

Kliment III. papa, potvrdjuje samostanu ss. Kuzme i Damjana sva stečena prava i imanja.

Clemens, episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Dominico abbati monasterii sancti Damiani de monte, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et felicis recordationis Lucii pape predecessoris nostri vestigiis inherentes, prefatum monasterium sancti Damiani de monte, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes: ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante do-

mino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Possessiones omnes monasterii sancti Johannis euangeliste, quod quondam Venetici destruxerunt. Ecclesiam sancti Michaelis de Rogoua, cum pertinentiis suis. Grobounizza cum pertinentiis suis, et unum molendinum Bubniani cum pertinentiis suis. Tin (Tcon) cum pertinentiis suis. Alesani cum pertinentiis suis. Choruscani cum pertinentiis suis. Merani cum pertinentiis suis. Chamenani cum pertinentiis suis et unum molendinum in Schardona. Preterea libertates et immunitates que fuerunt prescripti monasterii, vobis et monasterio vestro, quod illius capella fuit, auctoritate apostolica confirmamus. Sane noualium vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas presumat exigere. Liceat vobis quoque clericos et laicos a seculo fugientes liberos et absolutos absque alicuius contradictione ad conuersationem vestram recipere et in vestro monasterio retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, supressa voce, diuina officia celebrare. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat monasterium vestrum temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum sustentatione hac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioue commonita, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existente de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei, et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Clemens catholice ecclesie episcopus m. p.

† Ego Theobaldus hostiensis et veletreiensis episcopus m. p.

† Ego Johannes presbiter cardinalis tt. s. Marci m. p.

† Ego Laborans „ „ s. Marie trans. Tiberim tt. Calixti m. p.

† Ego Albinus tt. s. crucis in Jerusalem presb. card. m. p.

† Ego Melior presb. card. ss. Johannis et Pauli tt. Pamachii m. p.

† Ego Jacobus diac. card. s. Marie in Cosmidyn m. p.

† Ego Octavianus ss. Sergii et Bachi diac. card. m. p.

† Ego Soffredus s. Marie in via lata diac. card. m. p.

† Ego Petrus s. Nicholai in carcere Tulliana diac. card. m. p.

† Ego Radulfus s. Georgii ad velum aureum „ „ m. p.

Datum Laterani per manum Moysi lateranensis canonici, vicem agentis cancellarii XI. kal. marcii, indictione sexta. Incarnacionis dominice anno MCLXXXVIII. Pontificatus vero domni Clementis pape III. anno primo.

Matica na koži u zad. gub. arkivu: Acta ss. Cosmae et Damiani fasc. V. r. 186. Ima i prepis od g. 1222, koga učini Vital, zadarski notar. Acta ss. Cosmae et Dam. fasc. VII. br. 120.

CXCIII. 1188. 15. ožujka. U Spljetu.

Grubiša, knez spljetski, čini nagodbu medju Vulčinom Vitovim s jedne, i samostanom sv. Benedikta s druge strane, poradi njekih zemaljah i vinogradah, stojećih pod parbom.

In nomine domini nostri Jhesu Christi. Anno eiusdem incarnationis millesimo centesimo octogesimo VIII. indictione vero VI. mediante mense martio. Regnante domino nostro rege Hungarie Bela, in sede vero sancti Domnii residente Petro Hungaro venerabili archiepiscopo, spalatensem autem comitatum optinente Grubessca comite, Vilcotta iudice et in bucaratu Cosme generis Johannis Budicci, hoc actum est Uniuersa mortalium facta, nisi litterarum annotatione memorie commendantur, tum hominum negligentia, tum temporis successione obliuioni tradita, cito a cordibus dillabuntur, et quorumdam corda in maximum errorem inducuntur. Unde ad present'um notitiam et ad futurorum memoriam presens priuilegium [1] constat esse factum. Contigit igitur, quod in prescriptorum tempore monasterium sancti Benedicti tunc sub Chaze abbatisse regimine, de quodam territorio, quod est in Dillato subter vipera, quod Lugoperscina vocitatur, in spalatensi curia super Vulcinam, filium Biti Nasitorti proclamationem faceret, asserens: quod predictum territorium olim a rege Suinimiro per priuilegii instrumentum, iure hereditario possidendum sibi datum et concessum esset, et Vulcine non pertineret. Constituto itaque termino et hora, quando utraque pars placitatura in curia deberet adstare pro monasterio, Borislau, filius Nicolay, comitis [2] Cacicli aduocatus extitit. Ex parte vero Vulcine, Dragus, filius Dabrane Gumay, placitator affuit. Qui cum fortiter inter se pro eodem territorio disceptarent et diutissime verba replicarent, ac vario modo ad inuicem interpellarent, auditis et pleniter intellectis eorum altercationibus, tandem ego comes Grubessca, non modica cum turba nobilium, quorum inferius leguntur nomina, super illorum placito in consilio adiuimus, ibique subtiliter hinc inde tractantes, habito et communicato omnium nobilium ibi residentium consilio, antequam super illos iudiciali sentencia iudicium extenderemus, pactum concordie inretractabiliter inter illos, deo volente composuimus. Talem scilicet, ut totum territorium, unde placitum erat laboratum et non laboratum, ammodo in antea, omni interpellatione et contradictione cessante, exceptis vineis, perpetuo sit monasterio. Vineas vero, quas ipse Vulcina vel soror eius cum suo pretio [3] in sepedicto territorio pastinauit, quousque vites earum durauerint, ipse Vulcina et soror eius sine agratico teneant. Vitis autem defficientibus terra illa vinearum tota sit perpetualiter monasterio in eadem concordia ut alie terre. Nam monasterium debeat dare eidem Vulcine et sorori eius ibidem, ubi nunc vinee videntur esse, tantum de

---

[1] U starom prepisu briuilegium. [2] U prep. comitis Nicolai [3] U prepisu: quas ipse cum suo pretio, vel soro reius.

terra, quantum octo modia seminis seminantur, attamen ex qua parte monialibus placuerit, sed in uno loco. Quod autem huius nostre ordinationis concordia, quam subscriptis personis scientibus et collaudantibus inter monasterium et sepe nominatum Vulcinam eiusque sororem stabiliuimus, firma stabilisque permaneat, nec anullo umquam homine possit infringi vel violari, per communem notarium nostrum [1] Sabatium subdiaconum [2] scribi et sigillo sancti Domnii communiri fecimus. Huius quippe concordie isti sunt actores et testes: Grubessca comes, Vilcotta iudex, Petre de Sagarella, Micha de Malantrata, Forminus Constantini, Petre de Rufine, Talmatius Johannes de Marco, iupanus Dragus, Gaudius Sirizzi, Johannes Buzula, Petre, filius Stresi, Nicola Caloiannis. Stosse, Mathia, filius Marci, Petre, filius Mille, Prodanne de Cicla, Micha, filius Prodani, Streza, filius Tirmisi, Juanus [3] frater comitis, Marinus, filius Paule et frater eius Johannes, Dabre, filius Mari, Mager, filius Murge, [4] Duimus, filius Pinose [5], Johannes, filius Dabrane Gumay.

Sciendum namque est, quod territorium, unde inter illos placitum fuit, est incipiente de super a vipera [6] quomodo vadit predel [7] sancti Domnii, usque deorsum ad viam supra mare, qua itur Tragurium, et inde ad partes occidentis usque [8] ad terras de Mesagalina, et ab ipsis [9] terris de Mesagalina iterum sursum sicut vadit potoc. Omnes utique terre, que [10] inter potoc et predel sancti Domnii sunt, monasterio sancti Benedicti, ablato omni incredulitatis errore, fore cognoscuntur. [11]

Ego itaque [12] Sabatius, subdiaconus, comunis notarius, huius placitis vel concordie conscius, de mandato comitis Grubesce et totius curie ad sepe notatum territorium adfui, eumque circumiens hoc priuilegium composui, scripsi et testor.

Matica ove listine, na velikoj pergameni pisana, dosta dobro sačuvana, i samo na njekih okrajcih izštećena, čuva se u arkivu kaludjericah sv. Marie u Zadru, od zdola vidi se mjesto izgubljene pečati. Starinski, čini se suvremeni prepis, nalazi se u knjižnici jugoslavenske akademije.

CXCIV. 1188. 5. svibnja. Kod Ostrogona.

Bela III. kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje samostanu sv. Ivana Ev. u negdašnjem Belgradu, sva ona prava i darove, koje mu podieliše kraljevi hrvatski Kresimir i Svenimir.

In nomine domini et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno eiusdem incarnacionis millesimo centesimo octogesimo octauo, II. nonas madii, indictione VI, (ad) Strigonium. Ego Bela tercius, Geyce regis filius, dei gratia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rameque rex, cognoscens et firmiter tenens regii esse officii ad honorem et exaltacionem ecclesie totis intendere viribus, et ecclesiastica pro iure suo seruare, augere, ab inuasoribus potestate celitus sibi data defendere. Monasterio sancti Johannis in finibus Dalmacie sito, in urbe,

---

[1] U prepisu ova rieč izostavljena. [2] U pr. izostavljeno. [3] U originalu nemože se čitati. [4] U pr. filius Murge izostavljeno. [5] U izvoru nemože se ovo ime čitati. [6] U pr. izostavljeno. [7] U izvorniku nemože se čitati ova rieč. [8] Četiri posliednje rieči u prepisu izpušćene. [9] U pr. a terris. [10] U pr. na mjesto 4 posliednjih riečih, totum. [11] Od rieči s. Benedicti do kraja u pr. sve izostavljeno, samo rieč „est" pripisana. [12] U prepisu glasi svrha ovako: Ego Sabatius subdiaconus spalatensis notarius, de mandato comitis Grubesce et totius curie hoc priuilegium scripsi et testor.

*

que quondam dum in suo statu existeret, Alba vocabatur, confirmamus et presenti priuilegii testimonio corroboramus, ut integre abbas et fratres predicti monasterii habeant omnes terras illas, quas olim Cresimir et Suennimir quondam Chroacie reges et eorum principes, nec non Stephanus, beate memorie frater et antecessor noster, rex, iam dicto monasterio in perpetuum tradiderunt, sicut in eorum priuilegiis continetur, secundum quantitatem et terminum terrarum illarum, videlicet terram in Rogoua et Virbiza cum aqua molendinaria et in Cameniani et ceteras terras, quas in diuersis locis per Chroaciam sepe dictum monasterium optinet. Hoc autem edicto presens statutum confirmamus, ut si quis infringere temptauerit, et abbati vel fratribus illis de predictis terris diminucionem vel molestiam aliquam facere voluerit, diuine ire periculum incurrat et nostram sé sentiat ledere maiestatem, ac regali iudicio subiaceat. Preterea ob peccatorum nostrorum remissionem, sicut in rescriptis predecessoris nostri Stephani iam dicti regis comperimus, eiusdem fratribus regia auctoritate concedimus, ut quoscumque hospites ad inhabitandas terras illas de quibuscunque locis adducere poterint, a nemine nisi ab abbate et a fratribus eorumque prepositis iudicentur, ad neminem cum sigillo vel homine determinati ire cogantur. Quod si quis eis vim intulerit aliquam, predicte sentencie subiaceat. Actum est autem istud apud Strigonium in comuni presencia principum meorum, presente Paulo colocensi electo, Stephano comite de Sala, Mochone nitrensi comite, Dominico comite, Damiano iadrensi comite, Lampredio, Vitaze, Bogdano, Zizonis, Detrizo, Blasio notario, Luca presbitero, Slauogost iupano, Slouinia iupano. Datum Strigonio per manus Pauli aule regie.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

CXCV. 1188. 8. lipnja. U Rivoaltu.

Ivan biskup krčki, daruje redu sv. Benedikta, crkvu sv. Ivana u gradu Krku.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi, anno millesimo centesimo octogesimo octauo, mense iunii, indictione sexta, Riuoalto. Quidquid datur vel offertur, oportet, ut scripture vinculo confirmetur. Quapropter nos quidem Johannes dei gratia veglensis episcopus, cum nostris successoribus, per presentem offercionis cartulam, ab hodie in antea damus, offerimus deo et monasterio sancti Benedicti super Padum, et monasterio sancti Cypriani de Murianis, et abbati atque priori supradictorum monasteriorum et vestris successoribus ecclesiam nostram sancti Johannis positam in ciuitate Vegle, quam nos, antequam ad episcopatus officium adscendissemus, propriis nostris expensis edificari fecimus. Hanc autem supradictam ecclesiam cum libris et sacerdotalibus indumentis et cum omnibus edifitiis et possessionibus, que in circuitu eiusdem ecclesie sunt, vobis et vestris successoribus et eisdem monasteriis damus, offerimus atque transactamus habendum, tenendum, cultandum, dominandum, edificandum, vel quidquid exinde vobis placuerit faciendum, nullo vobis homine contra dicente. Unde omni anno perpetuis temporibus dare et soluere debetis nobis et nostris successoribus et eidem nostro episcopatui pro incenso, libram unam incensi. Super hec autem damus, donamus, offerimus, atque transactamus vobis et vestris successoribus et eisdem monasteriis duas nostras vineas et terras nostras proprias quas nos habemus, et eas adquisiuimus et recuperauimus propriis

nostris expensis, antequam ad supradictum officium episcopatus adscendissemus, que sic distribuntur: Ab uno capite versus Zacarinum, et maceria vetere prope locum Deregna, ab alio latere mare, usque ad riuum de Zaulo, et a dicto riuo usque Burguldum, et insuper dictum Burguldum et Polize cum omnibus pertinentiis suis. Has autem suprascriptas duas vineas nostras cum suprascriptis terris, et cum omnibus earum habentiis et pertinentiis ac adiacentiis, et cum vigore et robore de omnibus cartulis nouis et veteribus, ad suprascriptas vineas et terras pertinentes, atque cum virtute et potestate quam inde habemus, in vestram vestrorumque successorum damus et transactamus potestatem habendi, tenendi, dominandi, cultandi, meliorandi, in perpetuum possidendi, vel quidquid inde vobis placuerit faciendi, nullo vobis homine contradicente. Amodo igitur in antea semper inde securi et quieti permaneatis, ita, ut nullis diebus, nullisque temporibus vos inde amplius requirere valeamus. Quod si ullo unquam tempore contra hanc offercionis et transactionis cartulam per aliquod vos ingenium ire temptauerimus, componere promittimus cum nostris successoribus vobis et vestris successoribus auri libras quinque, et hec offercionis et transactionis cartula maneat in sua firmitate.

Ego Johannes veglensis episcopus, manu mea scripsi.

S(ignum) Johannis primicerii veglensis ecclesie, nesciente scribere, pro se rogauit scribere.

Ego Paternianus de Putheo, subdiaconus testis subscripsi.

Ego Johannes Vilionis testis subscripsi.

Ego Dominicus Arduinus presbiter plebanus sancti Johannis euangeliste, testis subscripsi.

Ego Johannes presbiter manu mea scripsi.

Ego Marcus Paulinus diaconus ac notarius compleui et roboraui.

Ego Nicolaus presbiter sancti Canciani et notarius ut vidi in matre, testis sum in filia.

Ego . . . . . .

Illyricum sacrum. T. V. str. 641.

CXCVI. 1188. 21. lipnja. U Lateranu.

Kliment III. papa, pošilja Tribunu nadbiskupu dubrovačkomu plašć nadbiskupski, i potvrdjuje stara prava dubrovačke crkve.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Tribuno ragusino archiepiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. In eminenti apostolice sedis specula disponente domino, licet immeriti constituti, fratres nostros archiepiscopos et episcopos, tam vicinos quam longe positos, fraterna debemus charitate diligere, et ecclesias eorum gubernationi commissas, apostolice sedis priuilegio communire. Ea propter venerabilis in Christo frater Tribune archiepiscope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, et ecclesiam ragusinam, cui auctore deo preesse dinosceris, ad exemplar predecessorum nostrorum felicis recordationis Innocentii, Anastasii, Adriani, Alexandri et Urbani romanorum pontificum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, que-

cumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in qua prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis; omnes parochias ad ius commisse tibi ecclesie, pertinentes, scilicet regnum Zachulmie, regnum Seruilie, quod est Bosna, ac regnum Tribunie, ciuitatemque catarinensem seu Rose, buduanensem, antiuarensem, licianensem, scodrinensem, driuastinensem et polatensem, cum abbatiis, ecclesiis et parochiis suis. Confirmamus etiam vobis omnes possessiones, et quecumque bona in ecclesiis, decimis, vallibus, collonis, prediis, agris, nemoribus, montibus, collibus, aquis, pratis, aut quibuslibet aliis rebus diocesane, vel proprietarie dispositionis titulo predicta ragusina ecclesia iuste et canonice possidet. Pallei quoque usum pontificalis videlicet officii plenitudinem, humilitatis et iustitie signum, ad missarum solempnia celebranda, sicut antecessoribus tuis concessum fuisse dinoscitur, et in festiuitate beati Blasii, et in precipuis festiuitatibus ecclesie tue, tibi tuisque successoribus auctoritate apostolica confirmamus. Quo his diebus tantum, adiuncto festo beati Blasii, et precipuis festiuitatibus ecclesie tue, fraternitas tua uti meminerit, quibus antecessoribus tuis ab apostolica sede constat indultum. Sane successores tuos a nobis, nostrisque successoribus consecrationis gratiam in perpetuum decernimus recepturos. Prohibemus insuper ne interdictos, vel excommunicatos tuos ad diuinum officium, aut communionem ecclesiasticam, quisquam recipere sine congrua satisfactione presumat, nisi forte periculum mortis immineat, ut dum presentiam tuam habere nequiuerit, per alium, secundum formam ecclesie, satisfactione premissa oporteat ligatum absolui. Ad hec libertates et immunitates a regibus, principibus et ab aliis personis tam ecclesiasticis quam mundanis ecclesie tue concessas, et antiquas et rationabiles consuetudines haetenus obseruatas, integras et inlibatas, presenti decreto manere sancimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integre conseruentur, eorum pro quorum gubernatione ac substentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptauerit, secundo, tertioue commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate, cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi. Quatenus et hic fructum boue actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Sigillum cereum, cum inscriptione: SS. Petrus. Paulus. Clemens Papa III. Doce me domine facere voluntatem tuam.

Ego Clemens catholice ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Joannes presbiter cardinalis tituli sancti Marci, subscripsi.

Ego Laborans presb. Card. s. Marie trans Tyberim, tituli Calixti subscripsi.

Ego Pandolfus „ „ basilice duodecim apostolorum subscripsi.

Ego Melior „ „ sanctorum Joannis et Pauli tituli Pamachii subscripsi.

Ego Radus tituli s. Praxedis presb. Card. subscripsi.
Ego Petrus tituli s. Clementis „ „ „
Ego Bobo tituli sancte Anastasie „ „ „
Ego Petrus presb. Card. tituli s. Petri ad vincula subscripsi.
Ego Jordanus „ „ sancte Pudentie, tituli Pastoris subscripsi.
Ego Jacobus diaconus cardinalis s. Marie in Cosmedin subscripsi.
Ego Bracianus sanctorum Cosme, et Damiani diac. Card. „
Ego Octauianus sanctorum Sergii et Bachi „ „ „
Ego Gregorius sancte Marie in porticu „ „ „
Ego Joannes Felix s. Eustachii diac. Card. iuxta templum Agrippe subscripsi.
Ego Joannes s. Theodori diac. Card. subscripsi.
Ego Bernardus s. Marie noue diac. Card. subscripsi.
Ego Gregorius s. Marie in Aquiro diac. Card. subscripsi.

Datum Laterani per manus Moysis sancte romane ecclesie subdiaconi vicem agentis cancellarii, undecimo kal. Julii, indictione sexta. Incarnationis dominice anno millesimo centesimo octuagesimo octauo. Pontificatus vero domini Clementis pape tertii anno primo.

Ego Petrus de Bonouicino presbiter et notarius, ducalisque aule cancellarius, hoc exemplum exemplaui de mandato domini Jacobi Teupuli, dei gratia inclyti Venetiarum ducis, sumptum ex autentico dicti domini Clementis pape tertii, eius sigillo sigillato, non viciato, non cancellato, currente anno domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo, mense septembris, indictione undecima, Riuoalti, in quo nihil scienter addens, vel minuens quod sententiam mutet, scripsi, compleui, et roboraui.

Iz rukopisa Liber Pactorum T. IV. str. 102. U arkivu mletačkom Dei Frari, i Liber Pact. T. IV. str. 25. u bečkom dvorskom arkivu. — Bullarium Ragusinum str. 31.

CXCVII. 1188. 8. listopada. U Rovinju.

Rovinjani ponavljaju mir s Dubrovčani.

Nos hominibus de Rubinio facimus rescriptum de renonatione pacis, quod fuit inter nos et hominibus Ragusii. Ego Bertaldus gastaldio filius Sipon, et Johannes filius domini Scandole, et Johannes de Antonino, et Pensu filius Dominicus Caualero, Dominicus Galiopo, Talliauento filius Johannis Sigilfredo, Cesarius filius Vitalo. Isti omnes iurauerunt firmam pacem in perpetuum cum hominibus Ragusii. Anno domini millesimo centesimo octogessimo octauo, indictione sexta, octaua die intrante mense octubris, firmatum est hoc capitulare. — Ego diaconus Marinus, et communis notarius Ragusii exemplaui, precurrente anno domini M. C. nonagessimo, mensis februarii, die sancti Blasii.

S vana: Capitulum H... arum de Ystria.

Pisano na malenoj pergameni. Čuva se pod br. 959 Ragusa. U bečkom dvorskom arkivu. gl. Ljubić listine I. str. 14.

CXCVIII. 1188. 8. prosinca. U Zadru.

Pavao sin Petra Ljube prodaje samostanu st. Kozme i Dumjana Rogovo.

Anno ab incarnatione domini nostri MCLXXXVIII. mense decembri, die VIII. astante, indictione VII, (VI) Jadre, temporibus equidem domini nostri Bele deî gracia inuictissimi regis Ungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame et Petri iadertine sedis venerabilis archielecti, ac Damiani eiusdem ciuitatis incliti comitis, confiteor ego siquidem Paulus, filius Petri Liube, una cum nepote meo Desa et cum omnibus meis participibus per hoc scriptum, quia vendidi tibi Dominico sanctorum Cosme et Damiani abbati, terram nostram secus Rogouam pos itam, et tuis successoribus cum terminis et pertinentiis suis pro XX. romanatis a te plene susceptis, et ideo volo ut prefatam terram cum omnibus signis et terminis suis habeas et possideas tam tu, quam omnes fratres et successores eiusdem cenobii in perpetuum, sitque vobis amodo in antea libera potestas si opportuerit vendere, commutare, vel quicquid volueritis facere, nemine resistente. Acta sunt quidem hec et firmata coram his testibus: Damiano predicto comite, Martino Sluradi et filio eius Jacobo, Micha de Viti, Soppe, Gaudio, Mutagange, Desa Stricalla, Drasinna de Cece, Micha Cigali, Pettula, Curtisia, Martinus Platoni, Tollisio, Bruconia, Gregorius Mogorouich, Bratei Lapzanin, Johannes Gusich, Mironego de Couacizi, Dominico de Scardona, et Gridesia Jacobo, et Cusina ac multis aliis. Et ego Blasius sancte Anastasie diaconus et iadrensis notarius, qui facto interfui hoc venditionis scriptum ut a Paulo et Desa ceterisque testibus audiui, scripsi, roboraui, et solito signo signaui.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

CXCIX. 1189. 14. ožujka Kod Aquapendenta.

Frideriko car rimski, nalaže Omišanom, da naknade štetu, što ju kao gusari počiniše njekim njegovim podložnikom iz Pulje.

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusolimi et Sicilie rex, uniuersis hominibus Dalmacii, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Ex his que audientiam nostram de Apulie partibus fidelis relatio pertulit, de vobis ad nos turbationis occassio cum ammiratione peruenit, dum pro fructibus deuotionis et fidei, quam maiestati nostre debetis, aborsum opinionis bone, quam dudum de vobis conceperamus, offertis. Cum enim ex receptis a vobis humanitatis exemplis et vestrorum obsidum dacione fideles nostri de regno fidem a vobis plene ac debite securitatis expectent, nonnulli ex vobis sub velamento fidelium per Apulie maritima discurrentes, piraticam in regnicolas fideles nostros exercent, et quo magis mouemur et dignius, vascella, specialiter nauigantia cum rebus nostris offendunt, mentitis (mtitis) in hiis vic . . m aquilarum nostrarum insignis ut nauigautes intrepide dolosas ipsorum insidias non eūrtēt (euertent?). Cum igitur sicut pro certo tenemur, committi predicta non valeant, quin ipsis cogniuentia vestra vel consensus accedat, deuotioni vestre mandamus, quatinus infra II. menses a receptione presentium numerandos, dampna queque, que Vgo de Lilla magister procurator curie in Apulia, fidelis noster, per litteras suas vobis ascribet, nobis et

regnicolis fidelibus nostris illata, faciatis cum omni integritate restitui. Scitis (sic) quod si presenti mandato nostro non fuerit a vobis debita satisfactione prouisum, fidelibus nostris et vobis digne mandabimus fore cautum. Datum apud Aquapendentem XIIII. Martii VII. Indictione.

Matica u dvorskom arkivu bečkom, medju pismi splietskimi, na maloj pergameni.

CC. 1189. 2. svibnja. U Zadru.

Mihaljo skradinski biskup, dcpituje iz nova samostanu kaludjericah sv. Dimitrije u Zadru, njegov posjed u Bubnjanih.

Anno ab incarnatione domini MCLXXXVIIII. mense maii, die II. astante, indictione VII. Jadre, temporibus equidem domini nostri Bele gloriosissimi regis Ungarie, Dalmacie, Croacie, Rameque, nec non Galacie; et Macharii curialis comitis eius, vice-bani, ac Petri salonitane sedis archiepiscopi. Cum ego siquidem Michael sancte scardonensis ecclesie episcopus, ad iam dictum comitem Macharium visendum, Jaderam perexerim, tocius mei episcopatus iura pro viribus ventilando difinissem, Bruconia cum filiis in mea multorumque aliorum presentia, quos inferius dicemus, veniens, sua nobis insinuatione monstrabat, quod tu Bunna, sancti Dimitri abbatissa cum tuo conuentu, quedam territoria eius in Bubniani ac in campestribus deorsus posita, per violentiam retinebas, tu vero e contra taliter respondebas: quod sibi de cetero super hoc respondere non deberes, eo quod ante me a multis retroactis temporibus pro eadem iam steteras, et Drascennum, Slouinie filium, pristaldum, tali tenore susceperas, quod ad primum et secundum, tercium et quartum et usque ad quintum terminum prefatus Bruconia cum filiis citatus fuerat et venire contempserat. Auditis igitur utrisque partibus et recordans, quod omnia, que tu abbatissa dixeras, vera erant, tibi prefate abbatisse et tuis posteris abbatissis prenotata territoria cum omnibus terminis et pertinenciis suis habere et perpetuo possidere per sentenciam adiudicauimus, tibique prefatum Drascennum ad nostri iudicii confirmationem iterato dedimus, ipse vero vice sui Tolisium Tugomirik super eandem causam constituit. Acta sunt quidem hec et difinita coram Damiano comite Jadre, Dimitrio Sclauo et Petronio Cucille, iudicibus. Micha Strigule, Boricio Michaelis, Michaele Subbe, Nicolao Segerlatti, Gregorio Cilumbuli; de Sclauis autem fuerunt hii: Vilcani frater, eius filius Goysce, Milonia cum filio, de genere Criscelzo, et multi alii, coram quibus prefata territoria circumuenta et terminata fuerunt. Et ego Blasius, sancte Anastasie diaconus, iadertine ciuitatis notarius, a prefato episcopo scardonensi rogatus, hanc difinicionis et protectionis cartulam, ut audiui scripsi, roboraui et solito signo signaui.

Polichorion. U arkivu zad. gabernija.

CCI. 1189. 28. lipnja. U Lateranu.

Klimento III. papa, potvrdjuje samostanu sv. Krševana u Zadru darovanje crkve sv. Martina.

Clemens, episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis G. abbati et fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile

prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam sancti Martini cum omnibus pertinentiis suis, a patronis ipsius ecclesie, de consensu iadertini capituli, monasterio vestro pia largitione concessam, sic ut ipsam iuste ac sine controuersia possideatis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Data Laterani IV. kalendas iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Illyricum Sacrum. T. V. str. 65.

CCII. 1189. mjeseca lipnja. U Spljetu.

Početak isprave, u kojoj se dostojanstvenici spljetski spominju.

In nomine sanctissime trinitatis et indiuidue unitatis. Anno igitur sacro postquam Christus carnem sumpsit, milleno, centeno, addito quater viceno, et ut numerus certus sciatur, nouenus adiiciatur. Indictione vero VII. regnante quoque domino nostro Bela rege Hungarie. Spalatine sedi presidente Petro Hungaro archiepiscopo, eiusdem vero ciuitatis comitatum regente Grubessa, existentibus iudicibus Micha de Malantrata [1] et Petro de Sagarella, et in buccaratu filii Gregorelli, scilicet mense Junii actum est. etc.

Farl. T. III. str. 222. Ex Tabulario Comitum de Cindris.

CCIII. 1189. 29. kolovoza. U Dubrovniku.

Kulin ban basanski daje Dubrovčanom slobodu trgovine u svojoj zemlji.

† Ȣ име ѡца и сына и светаго дȢха. ѣ бань босьньски КȢлинь присеꙁаю тебѣ, кнеже Крьвашȣ, и вьсѣмь граћамь дȢбровьчамь правы приѣтель быти вамь ѡдь селѣ и до вѣка, и правь гои дрьжати сь вамы и правȢ вѣрȢ, до колѣ сьмь живь, вьси дȢбровьчане кире ходе но моемȢ владанию трьгȢюке, гьдѣ си кьто хоке крѣвати, годѣ си кто мине, правовь вѣровь и правымь срьцемь дрьжати е беꙁь вьсакое ꙁьледи, раꙁьвѣ що ми кьто да своновь воловь поклонь, и да имь не бȢде ѡдь моихь чьстьниковь силе, и до колѣ Ȣ мене бȢдȢ, дати имь сьвѣть и комокь, какоре и себѣ, коликоре могȢке, беꙁь вьсега ꙁьлога примысьла, тако ми богь помагаи и сие свето ваньћелие. ѣ Радое дияѣкь бань писахь сию книгȢ повеловь бановь ѡдь рождьства христова тисȢка и сьто и ѡсьмь десеть и деветь лѣть, мѣсеца авьгȢста Ȣ дьвадесети и девети дьнь, Ȣсѣчение главе Иѡвана крьстителя.

Latinski prevod glasi: † In nomine patris, et filii et spiritus sancti. Amen. Ego banus Culinus Bosene, iuro comiti Geruasio et omnibus Raguseis, rectum amicum fore

---

[1] Farl. Malantrata.

perpetuo, et rectam vobiscum pacem manutenere et amicitiam veram, et omnes Raguseos per totam terram nostram ambulantes, mercantes, seu habitantes vel transeuntes recta fide et conscientia vera recipere, absque ulla datione, nisi quis suam per voluntatem mihi donum dare voluerit, et aput nos dum fuerint manutenere, et consilium eis prebere ut nostre persone ad nostrum posse, absque fraude et malo ingenio. Sic me deus adiuuet et hec sancta quatuor euangelia.

Stari prepis matice i prevoda, na pergameni u c. k. dvorskom arkivu u Beču. Priobćena je listina od Šafařika u Pamàtkyh, zatiem u Izvjestju akademije petrogradske g. 1852, str. 344. i od Miklošića, Monumenta serbica str. 1.

CCIV. 1189. U Trogiru.

Utemeljitelji crkve sv. Marije od Spiljana, popisuju medje i zemlje iste crkve, kao i crkvene ine stvari.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno incarnacionis MCLXXXVIIII. indictione VII. regnante domino nostro Bela rege Vngarie. Traguriensi quippe ecclesie venerabilis episcopi Michaelis, comite scilicet Marino hoc actum est. Nos quidem fundatores ecclesie sancte Marie de Spilano, Stance Orebina, Bratiza Matheye, Petrus scilicet et Stephanus Podcupp, Strumbrada, Grubina, Drasechna. Imprimis namque est terra s. Marie sub via de Spilano sita in loco, quod dicitur Pociuala; ex aquilonari parte cuius est terra s. Nicolai, iuxta terra eiusdem ecclesie, ex parte orientali cuius est terra s. Marie sub viam, que ducit ad Spilanum supra aqua, que appellatur Snnichem, terra s. Marie, sub eadem aqua est terra s. Marie, in occidentali parte ecclesie sub via est terra s. Marie, ex orientali et occidentali parte cuius sunt terre Bratco supra viam que ducit ad Ostrog, ex otientali parte ecclesie est terra s. Marie. In eodem loco subtus ecclesiam, subtus viam, est terra s. Marie; ex occidentali parte eius est terra s. Joannis sub Steniza; in orientali parte ecclesie est terra s. Marie. In loco quod dicitur Sustie supra rupem (est) terra s. Marie; ex australi parte, cuius terra s. Joannis, apud Stinizam, est terra s. Marie, ex orientali parte cuius est terra s. Nicolai. In loco qui dicitur Sustie est terra s. Marie, ex australi parte cuius est terra, Ponete; in orientati parte, atque apud Pocrounicum est terra s. Marie, ex australi parte cuius est terra s. Marie; ex orientali parte cuius est terra Branco. A vegete Maramide usque ad terram s. Joannis tota terra illa est s. Marie. In australi parte Becize est terra s. Marie. In eodem est terra s. Marie ex orientali parte, cuius est terra Bufali, et in aquilonari est terra s. Georgij de Mirano; ex aquilonari parte ecclesie, tota illa terra in qua diuidit aqua per medium usque ad Stenizam est terra s. Marie; ex orientali parte quedam arbor nux supra aquam que surgit ante ecclesiam est terra s. Marie. Sub lacu, qui est prope viam, que vadit apud s. Georgium, est terra s. Marie. Dictis et numeratis nominibus terrarum oportuit scribi nomina rerum ecclesie. In primis est unum missale continuum, unum ymnarium, et ymnarius mixtus cum psalterio; vna cortina, et pannus vnus super altare.

Lucius. Memorie di Trau. str. 496.

CCV. 1189.

Petav kaludjer, popisuje zemljišta i medje samostana sv. Petra od Klobučca, kod Trogira.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Anno domini MCLXXXIX. indictione quoque VII. regnante domino nostro rege Hungarie Bela, spalatensi sede presidente Petro archiepiscopo Hungaro, eiusdem ciuitatis comitatum obtinente Grubessa comite. Existentibus iudicibusMicha de Malantrata et Petro de Sagorella, nec non in buccaratu filii Gregorelli hoc actum est. Quoniam omnium gestarum rerum certitudo, si diligenti studio comprehensa fuerit, et in scriptis redacta, ad succedentium memoriam plurimum valere agnoscitur, et quia eis series litterarum maximam prestat utilitatem; ideo presente briuilegium scribi sancitum est. Ego itaque Petrus, licet indignus monacus, dilapsis aliquantis temporibus post susceptam amministrationem monasterii sancti Petri de Clobucez, habito consilio omnium fundatorum eius monasterii, tam Sclauorum, quam Latinorum, omnes terras, quas monasterium sine alicuius contradictionis obstaculo possidet, illuminare et certis limitibus determinare, et per eorumdem terminos lapidum signa infigendo, ab aliorum terris distinguere curauimus, et scripto redigimus. Imprimis illarum terrarum terminus incipit a latere maris, a loco, qui sclauonice dicitur Putez, ubi in quodam lapide viuo designatur littera P. Dein recto gradiente tramite sursum in parte aquilonis ad alium lapidem viuum, in quo eadem littera designatur. Inde autem sursum ad columnam, in qua eadem littera scribitur, a columna vero deorsum in parte occidentis sicut signa lapidum constant prefixa, usque ad lapidum congeriem, et inde iterum ad mare recto tramite iuxta terras, que vocantur Trepunscia supra illa . . . terra, que intra predicta signa constat sancti Petri est. Sursum a Dubrouiza, in loco qui sclauonice vocatur Cal, est magna terra, que tota ex parte aquilonis et meridie circumdatur viuis lapidibus, ex parte vero eisdem terris in hoccidente, est terra filiorum Neuini Valizi; in loco vero qui dicitur Valizi, est magna vinea. In loco quod sclauonica lingua nuncupatur Dominici Drazie, est magna terra, in loco vero qui Pocrounic dicitur . . . . a maceriis, que sunt ex parte australi, et usque ad aquam de Pocrounic est terra sancti Petri. In loco qui Stragisce dicitur, super aliam que est terra domne Dabrize, est magna terra sancti Petri. Ibidem super Stragisce est magna terra incipiente a petra viua, et ut continentur rupes usque ad terras in Magduscina, sub qua terra est terra sancti Nicolai. Harum igitur terrarum ostensores et illuminatores fuerunt: podzup regis Juaniz Strunbrada, Desiz Meiumis, Dragina Neuini Valizi. Testes autem, qui in circumdatione illarum terrarum fuerunt, isti sunt; Mager filius Murgie de Spalato. De Tragurio Cerne filius Cipriani, Siluester filius Verseni, cum fratre suo Sanicha, Dabrana Vodouari, Dirsen filius Slouinne, Petrus et Nicolaus filiastri Oscominne, Vilcoiz Caciz. Drago Sadnouiz, presbiter Radun de Ostrogo, presbiter Graguy podiup de Ostrogo, Petricha Grubinna, Drasechna, Dragouan, Vulcinna, Pipogan, Stoian, Zauriz, Dragun filius Neuadi Rastis, et frater eius Jorra, Dragoy filius Draguni.

Matica, na pergameni nalazila se u mojoj sbirci, sada u knjižnici jugosl. akademije. Lucić u Memorie di Traù str. 497. veoma pogriešno priobćio.

CCVI. 1190. 3. veljače. U Dubrovniku.

Dubrovčani čine zakon, da svaki stranac bio dužnik, bio zločinac, ako na svečanost sv. Vlahe dodje u Dubrovnik, ima biti prost od suda i kazne, tri dana prije i toliko poslije blagdana.

Anno domini millesimo centesimo nonagesimo, mensis februarii, die sancti Blasii . . . Geruasius comes. Facta curia cum campana, voluntate . . . nobilium et sapientum ac totius populi confirmatione . . . archiepiscopi. — bandum omnibus Raguseis fecit, statuens . . . martyris Blasii, si quis extraneus debitor mu . . . . ominibus, ut sit malefactor, Ragusium venire . . . liber et immunis, ante festum per tres dies, idem et post festum maneat in perpetuum, et ut nunquam hoc rumpi possit nisi in primis? . . . andum duxerit. Quod per manus diaconi Marini decamas communis notarii scriptum est hoc capitulare.

U bečkom dvorskom arkivu. Ragusa Nr. 958. Listina je pisana na podugačkoj pergameni, ali na više miestih od vlažine tako iskvarena da se pročitati nemože.

CCVII. 1190. 5. travnja. U Zadru.

Tolja, kći Lampredova, opatica kaludjericah sv. Marije u Zadru, opisuje medje njekih samostanskih vinogradah.

Anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi, millesimo centesimo nonagesimo, mense aprilis die quinto intrante, indictione octaua, Jadere. Temporibus equidem domini nostri Bele, gloriosissimi regis Hungarie, Dalmacie, Croacie atque Rame, et Petri, jadertine sedis archielecti, ac Damiani eiusdem ciuitatis incliti comitis. Cum ego nempe Tollia, filia Lampridii, abbatissa monasterii sancte Marie, canonice constituta, multa nostri cenobii territoria interminata decernerem, pociori usa consilio, vineam nostram ultra riuum positam, cum territoriis ibidem adiacentibus, secundum quod nostris senioribus occurrit memorie, iussimus terminare et terminos in scriptis redigere, ne forte quisquam contra nos, aut nos contra aliquos aliquando insurgamus. In primis namque vinea terminata est cum sepibus et maceriis suis, incipiente ab occidente usque in austrum, subtus viam puplicam, usque ad terram sancti Stephani recto tramite, et ultra usque ad viam antiquam, que vadit ad mare, versus meridiem usque ad terram Bogdani, que undique est septa maceriis. Est etiam aliud territorium nostrum in austrum terre Bogdani, septum maceriis undique, ubi fuit vinea Slugonnie, finito vero territorio Bogdani, quod est supra viam puplicam, ab ipsa eadem via usque sursum ad vineam prenotatam, recta linea, versus boream, ac ab inde in occidente per conductum aque usque ad terras Pecenegi, ubi sunt termini lapidei, et ab inde deorsum recto tramite usque ad viam supra vineam Tolle positam, et ab inde recto calle in austrum, quousque perueniatur iterum ad terram Bogdani, sunt territoria sancte Marie virginis, quas circumgiraui ego una cum Dabrosa, Bunna Galzane, Viula, Bunna Trebemiri, presbytero Priuonia, Bo . icio Michael, Grube Lampredii, Blasio notario et multis aliis.

Iz starog zapisnika kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CCVIII. 1190. 3. svibnja U Dubrovniku.

Dubrovčani ugovaraju mir s Kačići.

(In nomine indiui)due trinitatis, anno domini millesimo centesimo nonagesimo . . lyn H. regis, una cum parentibus meis facio hanc re . . affirmando pacem nos Cazichi cum Raguseis. Videlicet . . Dersimiro comitis Petri, sub sacramento ita . . is salvum sit, sub tali conditione, ut ipsi Ragusei in . . loco inuenti fuerint a Cazichis sani et salui sint cum omnibus rebus . . per mare inuenti fuerint et ipsos non cum armis sed pacifice cum . . ut qd (quidem?) voluntarie Ragusei dare voluerint ipsi accipi . . et si aliquis de Cazichis per fortiam aliquod (sic) Raguseis tulerit, personam propriam tribuatur Raguseis. Si vero aliquis seruus fugeret de Ragusis ad nos, et dominus eius querendo superuenerit, a nobis optimam et plenam habeat iusticiam. Et si naues de Apulia Ragusium venerint, a Malonto usque ad Vratenie, salue fiant. Hec sunt nomina Cazichorum qui iurati sunt: iupanus Brena, filij Nicolay, Borislauus, Simon et Bocdanus, Petrus Velcinnie, Tuerdennus, Velcoina, Sebenna, Velcoe de Chranca et frater eius Dragan, filii Grobinne, Dessislauus, Raddos, et Sintea et Gurrech.

Et ex parte Ragusii pacem hanc firmandam, primo comes iurauit Geruasius, saluo iuramento domini sui. Slabba Lucari iudex, Dersimirus filius Petri iudex. Lucarus Nicolay, Dobre Stepacie, Vitus Lampridii, Lucarius Tudisii, Sergius Vladimiri, Petrus Bubanne, Sauinus . . Simom Stephani, Dnesius, Lampridius Dabranicze.

Matica u c. kr. dvorskom arkivu u Beču, veoma oštećena. Ragusa N. 958. U akademičkom izdanju Listinah I. str. 14. veoma pogriešno priobćena.

CCIX. 1190. 14. svibnja. U Zadru.

Zadrani vraćaju iza slavne pobjede nad Mletčani, samostanu sv. Krševana otok Mauni, što mu ga bijaše darovao njegda kralj Kresimir.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo C. nonagesimo, mense madii, XIIII die intrante, indictione VII (VIII) Jadere. Regnante domino nostro Bela dei gratia inuictissimo Hungarie, Dalmatie, Chroatie Rameque rege, et iadertine ecclesie Petro venerabili archielecto presidente, ac Damiano Desinnie inclito principe, eidem ciuitati principante. Cum nos nempe Johannes Bernaldi, sancte iadertine ecclesie archidiaconus, Andreas archipresbiter, Marcus Michas Gauze, Matheus Monadius, Vitus ac Siluester, maioris ecclesie canonici, cum toto choro beate Anastasie, et Marinus sancte Marie maioris plebanus cum clero suo, Predicius sancti Stephani plebanus, cum suo clero, Johannes Pucine, sancti Petri veteris plebanus cum suo clero, Joseph sancti Petri noui cum suo clero, Johannes Cucile sancti Michaelis plebanus cum suo clero, cunctoque iaderensi capitulo, et Damianus dei gratia iaderensis comes, una cum Damiano Sluradi et Martino fratre eius, Petrizo Vitace et Lampridio fratre eius, Petrona Cucille, Petrizo Michaelis et Prestancio fratre eius, Gregorio Cosse, Martino et Diminia, filiis Madii, Micha Petrizi et Petro fratre eius, Petro Camasci, Grube Lampridii, Prestancio Cipriani, Petriscio Oure, Vulcinna de Cande, Bitte de Juda, Bitte Prestancii, et

Crisogono fratre eius, Petro Sluradi, Cellia, Andrea Cotopanie, Forto, Damiano de Rubasac, Coscia Crisogoni, Coscia Gregorii, Grubescia, Stephano et Laurentio filiis Joseph, Stephano Cossuti, Marino Buciardi, Micha et Bertaldo filiis Pecenegi, Gaudio Suronie, Damiano Organie, Dessa et Bitte de (P)ezula, Jacobo Petri mortui, Marandula et uniuersa comunitate, in sancti Crisogoni ecclesia, post bellum cum Venetis habitum, et post victoriam de castello in promontorio Treni quondam erecto, nobis celitus destinatam, ad eiusdem sancti Crisogoni patroni nostri, pie translationis festum deuotissime celebrandum conuenissemus, et omnipotenti deo ac omnibus sanctis eius et precipue huic sacratissimo martiri tutori ac protectori nostro preces humilitatis effundentes, laudes et gratias de euasione maximi periculi et collatione victorie ac omnimodi percepti beneficii deuote retulissemus. Electo nostro Petro in Hungaria persistente, et Nicolao farense episcopo nostre ecclesie suffragante, missarum sollempnia celebrante, et sermonem ad populum more solito faciente, hoc de comuni omnium voluntate adinuenientes stabiliuimus, et presentis scripti munimine roborari precepimus, decreto in perpetuum valituro: ut insulam Mauni, quam iam dictum sancti Crisogoni monasterium regis Cresimiri, beate memorie, largicione, sicut in eius breuilegio continetur, a multis retroactis possedit temporibus, nostrique postmodum priores pro comuni nostre ciuitatis constructione et utilitate eam una nobiscum abstulerant, ob deuotionem, quam in sancto habemus, et ob id, ut semper ab inimicorum visibilium et inuisibilium incursibus liberemus, et de his victoriam ac triumphum iugiter habere possimus, et ob hoc, quod sua cuiquam reddere de iure tenemur, memorato monasterio iterum redderemus, quod et fecimus, statuentes, ut iam dicta sancti Crisogoni ecclesia prephatam Mauni insulam cum cunctis pascuis et omnibus, que in ea sunt perpetuis temporibus habeat et iure hereditario in euum possideat. Nulli igitur hominum liceat hanc nostre largitionis et constitutionis paginam infringere, vel ei ausu temerario aliquatenus contraire, si qua igitur ecclesiastica, secularisue persona contra eam sciens ire temptauerit, nisi ex voluntate abbatis et eiusdem cenobii fratrum, indignationem omnipotentis dei incurrat, et a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Jhesu Christi aliena fiat. Cunctis autem sibi sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jhesu Christi, ut hic et in eternum perpetue felicitatis fructum inueniant. Amen. Amen. Amen. Data per manus Blasii sancte Anastasie diaconi et iadertine curie notarii, tempore abbatis Vincentii, et Symeonis decani, ac Drasce prepositi, ceterorumq fratrum, qui Blasius, scripsit de mandato tocius ecclesie ac ciuitatis et roborauit et signo consueto signauit feliciter.

Matica na pergameni. U gub. ark. zadar. Caps. XVIII. br. 428.

CCX. 1190. 17. lipnja. U Dubrovniku.

Miroslav, knez humski ugovara mir s Dubrovčani.

† In Christi nomine. Anno dominice incarnationis, milesimo centesimo nonagesimo, mensis iunii die XVII. intrante. Salutationibus et locutionibus domini comitis Miroslaui per nuncios suos Maurum iupanum et Sergium [1] directis, hec est Raguseorum

[1] U akademičkom izdanju listinah I. 14. et Sergium izpušćano.

responsio. Imprimis videlicet si fortuna ei accidente Ragusium intrare voluerit, promittimus sine fraude salue illum recipere, ad nostrum posse, et res illius et homines eius ut nostras personas, dum in ciuitate nostra steterit, nullo quidem iustitia faciendo. Et si contrarium ex proditione ciuitatis aduenerit. Consiliando insimul comes Geruasius cum nobilibus suis, similiter et comes Miroslauus cum nobilibus suis, promittimus portare ipsum sine fraude cum rebus et hominibus suis quo voluerit, cum suo expendio, [1] sicut et inter nos consuetudinem habemus. Et si redire ad ciuitatem nostram voluerit, ad posse nostrum promittimus illum cum rebus et hominibus suis sine fraude recipere. Tamen ut nunc ipse iustitiam faciat Raguseis sine fraude, electis ex utraque parte iudicibus, ante quorum presentiam iustitia secundum antiquorum mores firmatur. Et si facere illam nunc non potuerit, cum redierit in terra sua, facturus sit illam. Et hoc promittimus fideliter implere saluo sacramento domini nostri regis Tancredi et iuramento pacis, defendere illum ab omnibus sine fraude et malo ingenio. Sic nos deus adiuuet et hec sancta IIII. euangelia.

† Ego Geruasius comes Ragusii in hoc ordine iuro et omnes sequentes idem iurant:

† Vitalis Bodacie.
† Slabba Lucari, iudex.
† Dersimirus iudex.
† Lucarus Pudisij.
† Lucarus comes filius Nicolay.
† Petrus depdi. (Dependi?)
† Michacius vicarius.
† Petrus Bubanne.
† Michael Voyslaui [2]
† Vitalis Vulpis.
† Michael eius nepos.
† Grosius Goyslaui.
† Theodorus Destitus [3]
† Archidiaconus Marinus.
† Johannes Manaue.
† Dimitrius Rosini.
† Simon Stephani.
† Theodorus Domane.
† Vitus Lampri.
† Pizinagus Berisne.
† Vrsus Bani.
† Sauinus Bonde.
† Marinus Derasti.
† Laurentius Pisini.
† Binzola Valentini.
† Sergius Bladimiri.
† Sauinus Mazole.
† Germanus Michatii.
† Johannes Calepi.
† Theodorus Caputassi.
† Dabrisius Mathei.
† Johannes Gondole. [4]
† Felix Traualle.
† Pauersenus Pesane.
† Michael Chunniis.
† Stepi Demacca.
† Tesscius Derigina.
† Priasus Berisne.
† Petrus Derasti.
† Michatius Berserii.
† Michael Mangunis.
† Georgius Clementis.
† Johannes Ursacii.
† Michael Boutii.
† Johannes Petracce.
† Lampredius Vitalis.
† Vrsus Balli.
† Andreas Pauli.
† Michael Ursane.
† Petrus Domane.
† Marinus Grobe.
† Vitana Vitii.
† Laurentius Auelini.
† Mengatia Bocinj.

[1] Listine: dispendio. [2] Listine: Gorslavi. [3] U list. Destitu. [4] U akad. list. izpuščano Gondole, i zatiem Felix.

† Teodorus Luce.
† Georgius Bacenoli.
† Dnesius Vetrii.
† Michatius Furatere.
† Domane Placci.

Omnes homines qui sacramentum hoc supradictum sine fraude et malo ingenio firme non tenuerint, dei et sanctorum omnium incurrant maledictionem, et cum diabolo perpetuo in inferno mancipentur et dampnentur. Omnibus hec iura seruantibus sit pax domini nostri Jesu Christi in perpetuum. Amen.

† Quod scriptum ego diaconus Marinus et Ragusii comunis notarius, plena in curia Raguseorum, residente Bernardo archiepiscopo et Geruasio comite, cum nobilibus et populo cuncto, iussione cunctorum scripsi, compleui, et roboraui.

Ego Comes Miroslauus, sicut comes Geruasius cum suis nobilibus mihi iurauit, idem et ego illis iuro secundum supradictum capitulare, recta fide, et sine fraude, perpetuo manutenere.

КРЬСТЬ ЗА МИ	КНЕ РОСЬ
ЛА	КА ⁘

Matica u bečkom c. k. dvorskom arkivu. Listina ova pisana na podugačkoj pergameni, sačuvana je veoma dobro. S vana na savitku stoji: 1190 d. 17. Juny. Capitulation zwischen Ragusa und den Grafen Miroslav von 60 adeligen Ragusanern unterzeichnet. Ragusa — Rub. Bosnien und Servien. U akademičkom izdanju Ljubićevih listinah njeke rieči izpušćene.

CCXI. 1190. 26. lipnja. U Zadru.

Zadrani ugovaraju mir s Rabljani.

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo. Mense iunii die sanctorum Johannis et Pauli, indictione VIII. Jadere. Temporibus domini nostri Bele dei gracia inuictissimi regis Hungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame, nec non Galacie, et Petri iadertine sedis venerabilis archielecti. Jura clamant, ratio postulat, ut quicquid bone consuetudines, quelibet ciuitatum inter se statuunt, et ad utilitatem utriusque partis in publico sanctiunt, pro lege firmissima habeatur, et ut umquam dissolui nequeat vinculo briuilegii anodetur. Ac per hoc: Nos siquidem Damianus dei gracia comes Jadere, una cum Gregorio Cosce, Georgio Soppe, Bitte de Juda, et Petro Sluradi iudicibus. Sollicitudo imminet diuersorum cum uniuerso populo iadertino, quod et vobiscum Andrea dei gracia arbensi episcopo, Petrizo Surie vice comite, Stephano Martini iudice, Fusco Manarini, Christophoro Waldenatii, Visciedrago et Petraniola, qui ex parte totius vestre communitatis pro pace et concordia reformanda Jaderam venistis, legem et consuetudinem quam inter nos antiquitus habueramus, reformauimus; tenorem eius . . unitatem in scriptis redigendo firmamus. Statuimus namque, ut si quispiam utriusque ciuitatis aliquam pecuniam alicui crediderit, et eam rehabere nequiuerit, ipsum debitorem suum et non alium querat in aspectu iudicum debitoris, qui cogatur eum reddere uniuersa. Et si nichil in ciuitate habuerit, non debet infra menia capi, sed extra, ubi poterit reperiri, ut libertas ciuitatum illesa permaneat. At vero si quisquam nobilis aut ignobilis

in latrocinio seu rapina repertus fuerit, pro XII romanatis, excepta damni conposicione, que ex integro dari debetur, vendatur, et si id unde reddere non habuerit, persona eius infra urbem per manum curie capiatur, et tamdiu in potestate perditoris maneat vinculata, donec reddat uniuersum debitum. Ut autem hec nostre institucionis pagina firmior valeat, per manum nostre curie notarii eam iussimus roborari, nostreque ciuitatis sigillo imprimi.

Et ego Blasius sancte Anastasie diaconus et iadertine curie notarius, iussu comitis prenotati ac iudicum prescriptorum, et rogatu arbensis episcopi suorumque nobilium, hanc constitucionis paginam utrisque ciuitatibus, secundum quod audiui, scripsi, roboraui et signo consueto signaui, ac puplico sigillo impressi.

Dole viseći podugački, okruglošiljasti pečat grada Zadra, s nadpisom: SIGILLUM IADERE VRBIS. SANCTA ANASTASIA. U sriedini slika sv. Anastasije s razširenimi rukami nad dvimi hramovi.

Matica pisana na pergameni nalazi se u zbirci popa Ivana Gurata u Rabu, od kojega dobih i prepis. Lucio u svom djelu De regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XII. priobči ovu listinu samo u izvadku.

CCXII. 1190.

Dabiša, nećak Radkov, zamienjuje njeku svoju zemlju u Panolu, s drugom zemljom istoga mjesta, a svojinom popa Martina Dobruševa.

(Prevod talijanski).

Nel nome di Christo. L' anno dall' incarnatione del Signore 1190. nell' inditione VIII. Nel tempo di Grubesca conte et nel vicariato di Giovanni nepote di Plusnico. Jo Dabissa figliolo del quondam Radco faccio fare la presente scrittura, cioè: che alla presenza dell' infrascritti testimoni, ho fatto l' infrascritto cambio, secondo il costume della patria, ho assegnato a Martino chierico figliolo di Dobrussa, un passo di terra in Panolo, per larghezza et lunghezza, et inoltre gli ho aggiunto sei Romanati d' oro et due perperi, et ho avuto da lui nel medesimo luogo di Panolo certa terra, posta fra le altre mie terre, quale lui aveva comprata da Sabatio nipote di Sabaudo, et con le piante che lui haveva piantate in essa terra. Con tal patto et conditione, che io abbi ogni autorità et potestà sopra essa terra, et possa di quella disporre secondo . . . mi piacerà. Al qual Cambio furono questi testimoni: Draso Petrarca, Pietro Milla, Jura Raco et Menego Raco. Et io Sabatio subdiacono giurato del Commune ho scritto, cosi pregato dal predetto Martino.

Documenti di san Stefano di Spalato. Rukopis mletačke knjižnice sv. Marka. MSS. italiani Classe V. Cod. LI. str. 102.

CCXIII. 1190.

Slaba, nećak Sabinov, neće da povrati oteta dobra samostanu lokrumskomu, darovana mu po djedu Sabinu.

Ulomak.

Marinus Grabe sic eum (Slabam) allocutus est, dicens: Ecce frater, de ecclesia nostra sancte Marie plura in thesauro, terris, ac rebus vendidisti, que ad detrimentum anime tue pertinent; tu scis, quia auus noster statuit, ut si monasterium Casini ea habere non possent, ad monasterium lacromense deuenirent, ut in ea monasterium faceret. Qui Slaba sic respondit: Verum est quod Martinus loquitur, sed unam malam volo finire mortem, quam . . etc. Scio quod contra deum et animam meam facio etc. In anno dominice incarnationis millesimo, centesimo XC.

Farlati. Illyricum Sacrum. VI. 69.

CCXIV. Oko g. 1190.

Bilježke samostana kaludjericah sv. Marije u Zadru.

Comes iadratinus abstulit III. carna. Homines comitis, filii Rogerii I. car. Gener Brauari I. ca.

Ego abbatissa sancte Marie facio recordationem de animalibus que dedi Boxetecho et filiis suis CCCCXXX de pecudibus, et de maioribus animalibus scilicet de vaccis XXVI. Et ipse Boxetecho atulit mihi de pellibus XII.

Iz Arkiva zadarskih kaludjericah.

CCXV. 1190.

Stana opatica sv. Marija u Zadru kupuje sluge.

Ego Stana abbatissa comparaui de Tugurio Cernata per decem sol. per finem. Comparaui de cognato suo Bulichena per decem sol. per finem. Comparaui de Sestaco I. seruo nomine Cucurruz, per finem. Ego Stana abbatissa comparaui nomine Vescen(i) per II. sol., ut faciat seruicium per septem annos, cum compleuerit VII. annos, det II. sol. Judex testis. Manzeri testis. Presbiter Sergj testis. Tezone testis. Petrozo testis.

Matica u arkivu kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CCXVI. Oko god. 1190.

Stana opatica sv. Marije u Zadru bilježi koliko je prodala marve.

Ego Stana abbatissa sancte Marie, vendidi X. sol. pecodum fere. Octo ex iis abet filie Panze, et unum in pinesi et unum pro boue. Filius Matelde XV. sol. pecodum,

decem ex his dedi filie Roffi, duos Iude, et tercium in oleo, quartum in Nedrisce, quintum dedimus pro tribus pellibus.

Iz arkiva kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CCXVII. 1191. 13. ožujka. U Rimu.

Klemento III. papa, podieljuje Petru nadbiskupu splietskomu, nadbiskupski plašć i naznačuje obsjeg njegove nadbiskupije.

Clemens episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri Petro spalatensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. In apostolice sedis specula disponente domino constituti, fratres nostros episcopos, tam propinquos, quam longe positos, fraterna charitate debemus diligere, et eorum postulationibus effectum celerem indulgere. Eapropter venerabilis in Christo frater archiepiscope, tuis precibus annuentes, spalatensem ecclesiam, cui deo auctore preesse dignosceris, ad exemplar felicis recordationis Paschalis pape, predecessoris nostri, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti priuilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Villam sancti Georgii cum omnibus pertinentiis suis Cosiza, Ostrogh, Labina, Srinine, et Gete cum omnibus appenditiis suis; totum territorium de Cremene, montem Crassum, Asceses, Malerne, Delamoze, Classine, et territorium de . . ecclesiam s. Marie in Salona cum molendinis, aquimoliis, et omnibus pertinentiis suis; ecclesiam sancti Moysi in Salona, cum omnibus pertinentiis suis; parochiam Cleune, parochias Citine, Clisse, cum tota iupania Polici, cum toto Massaro, et parochiam Almissi usque ad Macarum, et usque ad flumen de Narente, et totam Rastizam; Segniensem, Corbauiensem, Nonensem, Scardonensem, Traguriensem, Tiniensem, Macarensem, Naroniensem, Stagnensem, Farensem, Bosniensem, et Delmitensem episcopatus. Paleum preterea fraternitati tue, plenitudinem videlicet pontificalis officii, apostolice sedis liberalitate concedimus, quo te intra ecclesiam tuam ad missarum solempnia subscriptis diebus noueris induendum: id est cene domini, resurectionis, ascensionis, pentecostes, natiuitatis domini, epiphanie, in tribus festiuitatibus sancte Marie, omniumque apostolorum, natiuitatis s. Joannis babtiste, solemnitate s. Domnii, in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum, presbyterorum, et diaconorum ac subdiaconorum spalatensis ecclesie, et consecrationis tue die. Cuius nimirum palei volumus te per omnia genitum (sic) vendicare. Huius siquidem indumenti honor, humilitas atque iustitia est. Tota ergo mente fraternitas tua se exhibere persinet in prosperis humilem, in aduersis, si quando adueniunt, cum iustitia rectam, amicam bonis, peruersis contrariam, et nullius unquam faciem contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordie operibus iuxta veritatem substantie insistens, et tantum insistere etiam supra veritatem cupiens; infirmis compatiens, beneualentibus congaudens, aliena dampna propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans; in

corrigendis vitiis pie seuiens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, infra iudicium sine ira tenens, in tranquillitate autem seueritatem iuxta mensuram non deserens. Hec est frater carissime, palei accepti dignitas, quam si sollicite seruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Decreuimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum substentatione et usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam . . . contra eam temere venire temptauerit, . . . nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iuditio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat; ac a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte iudicio subiaceat. Cunctis autem eodem loco sua iura (seruantibus) sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Pandulphus presbyter cardinalis basilice XII. apostolorum.
Ego Melior sanctorum Joannis et Pauli presb. cardinalis.
Ego Joannes tituli s. Clementis cardinalis, Tuscanus episcopus.
Ego Romanus tituli sancte Anastasie presb. cardinalis.
Ego Hugo presbyter cardinalis sancti Martini.
Ego Joannes ecclesie s. Stephani in Celio monte presb. cardinalis.
Ego Gratianus ss. Cosme et Damiani diaconus cardinalis.
Ego Girardinus s. Donati „ „
Ego Sofredus s. Marie in via lata „ „
Ego Joannes s. Theodori „ „
Ego Bernardus s. Marie noue „ „
Ego Gregorius s. Marci in Aquiro. „ „
Ego Gregorius s. Georgii ad velum aureum diacon. card.
Ego Lotharius ss. Sergii et Bacchi „ „
Ego Nicolaus s. Marie in Cosmedin „ „

Datum Laterani per manum Moysi S. R. E. subdiaconi lateranensis III. idus Martii. Indictione X(IX). Incarnationis dominice anno MCXCI. Pontificatus vero Clementis pape tertii, anno primo (tertio).

Dominicus Migdoleus canonicus et notarius curie archiepiscopalis spalatensis cum authentico processu manu Cesaris de Pace notarii et tunc cancellarii Traguriensis scripto et subscripto, ac sigillo s. Marci munito, presens exemplum ex illo processu satis amplo extractum auscultauit, et corolauit et in fidem subscripsit, ac sigillo dicte curie muniuit. Tragurii die 20 mensis Junii 1612.

Stari prepis u mojoj sbirci. Farlati III. str. 223. ima dosta pogriešakah. Čini se da ova listina pripada Celestinu III., ne pako Klementu III., te je valjda prosto pismo C. prepisatelj zlo protumačio. Nu onda imala bi se uvrstiti u godinu 1192. kamo i Ughelli Italia sacra. VII. 328. sličnu listinu uvrsti.

CCXVIII. 1191. U Labinu.

Zavod medjah med Smokvicom i Labinom.

In Christi nomine amen. Nos spalatensis ecclesie canonici Catholdus Vica [1] atque Vulcassius, presens recordationis scriptum ad presentium notitiam et futurorum memoriam fieri voluimus. Tempore enim tertii [2] Petri spalatensis archiepiscopi cum Joanne Strazibrada regali podiupo, multisque aliis podiupis, ad Labenam, faciendum zavod et ad distinguendas terras sancti Domnii, fuimus. Predictus itaque Joannes Strazibrada, regalis podiupo . . ostensione sua, maxima multitudine virorum eum sequente, tali modo zavod tunc fecit, et predicte ville terras distinxit, ceterisque signis determinauit, asserens eodem modo inde Albus Slauogost regio precepto, petitione predicti archiepiscopi, quoddam zauod secum fecisse. Cepit itaque sepedictus Joannes Strazibrada a summitate maioris montis, qui est intra Smoquizam et Labenam, primitus, exinde descendit ad planitiem ad quandam quercum iuxta viam, in qua ex utraque parte est dessignata crux, et inde in parte aquilonari pergens per plurima loca, D. litteram pro signo sculpere fecit; et inde ad quendam lapidem, qui est iuxta viam, que itur in Suchidol, (et) peruenit,.. ubi nobis omnibus videntibus, propria manu, quoddam antiquissimum signum sub terra discoperuit, quod signum sclauonice Vranoua noga, latine vero dicitur: pes cornicis, dicens sibi esse terminum sepe nominate ville. Inde autem versus est in orientali parte versus Varh Suhidol, et sic circuiuit terminos sepe dicte ville, sculpens pro signo predictam litteram. Actum est autem hoc anno dominice incarnationis, millesimo centesimo nonagesimo sexto (primo) indictione nona [3]

Ego presbiter Sabacius [4] communis iuratus notarius, predictorum canonicorum precepto hoc bre(ue) scripsi.

Iz rukopisa 17. vieka moje bivše knjižnice, broj 286.

CCXIX. 1192. 16. travnja. U Spljetu.

Petar nadbiskup splietski, naznačuje njeke podanke što se imaju davati kaptolu trogirskomu.

Quoniam inter lugas temporum et vicissitudines rerum, cum ipso cui adheret humane imbecillitatis memoria defluente, nichil homini firmum, nichil immobile perseuerat. Ego Petrus dei gracia spalatensis archiepiscopus, factum quod inter ipsa mei archiepiscopatus initia discussi, ordine iudiciario et decidi, ab obliuionis interritu volo defendere et ad posteritatis notitiam prorogare. Dilectissimus siquidem frater noster Michael episcopus tragurinus, ab archidiacono eiusdem ecclesie, qui Gaudius nominatur, sub nostre examinationis experientia lite pulsatus, quedam que idem archidiaconus nomine capituli sancti Laurentii, tamquam sindicus, ratione consuetudinis deposcebat, se

---

[1] Možebiti vicarius? [2] Ova rieč je valjda u rukopisu zlo prepisana, jer Petar treći stolovao je na splietskoj nadbiskupskoj stolici od g. 835. do 840. dočim je od god. 1187. do 1200. nadbiskupom bio Petar VIII. [3] U godinu 1196. pada indikcija XIV. bit će dakle godina po svoj prilici zlo prepisana. [4] Bilježnik Sabacius spominje se jur sljedeće god. 1192. kao subdiaconus, novi dokaz da je ova listina pisana prije god. 1192.

negabat debere persoluere, et ad ea persoluendi se nulla ratione teneri negatione pertinacissima astruebat. Nos auditis hinc inde rationibus, certitudinem de facto plenissimam colligentes, actionem archidiaconi et canonicorum, qui in eum ius agendi pari consensu contulerant rationabilem esse nouimus et honestam. Ideoque finem negocio iuxta libram rationis et iudicialem calculum imponentes, dilectissimo fratri nostro sepedicto episcopo iuris ratione dictante precepimus . . possit religionem iurisiurandi, quam in presentia nostra ad fidem faciendam veritati archidiaconus subiit pretaxatus, in qualibet die sabbati post vesperas ita comuni capitulo potum debitum et consuetudinarium administret, quod non semel eis cifum porrigi sit contentus, sed post trinam potationem ei nulla imponatur necessitas propinandi. Nichilominus etiam in eundem episcopum sententiam diffinitiuam sicut in anteriori casu dictauimus, quod in qualibet dominica die tribus ebdomadariis eiusdem ecclesie, presbitero videlicet, diachono et subdiachono prandium exhibeat conpetenter. Demum ut post decisionem nostram aliquis dubitationis scrupulus non emergat, qui litem sopitam, immo potius sepultam valeat suscitare, omnisque improbitati calumniantium obtrudatur ingressus; hoc duximus adnectendum, ut si per absentiam episcopi vel ob cuiuscumque casus euentum solutio cessauerit predictorum, ita ut vel potationis debite vel prandii obnoxietas exhibendi diminutionem in aliquo patiatur, in episcopi presentia quod subtractum fuit plenissime restauretur. Preterea quod venerabilis frater noster G. de Sancto apostolo, sancte Marie in Porticu cardinalis, super duobus perperis laudum, uno in pascha, alio in natalitiis persolvendo, super prandio in festo beati Laurentii et super cena et mandato in sacratissima Jouis die comuni capitulo exhibendis, in persona episcopi et successorum eius constituit, ratum habere volumus et inconuulse stabilitatis robore decernimus esse subnixum. Ut autem huius decisionis pagina plenum ab auctoritatis nostre presidio robur habeat et munimen, eam sigilli nostri caractere, ut eius memoria extendatur in euum, merito duximus roborandam, cui quicunque ausu temerario presumpserit obuiare, vel quod recte iudicatum est calumniosis inquietationibus attemptare, celestes iracundias et indignationem beatissimi Domnii, et nostram se nouerit incursurum. Testes autem qui huic nostro interfuerunt decreto, hii sunt: Duimus primicerius ecclesie sancti Domnii. Mirreus subdiaconus . . . caldus. Michael diachonus. Grupchius. Rada sacerdos. Vitta clericus, qui omnes in ecclesia gloriosissimi martiris Domnii, gloriosum meruerunt canonicatus vocabulum obtinere. Datum Spaleti anno ab incarnatione domini M. C XCII. Indictione X. XVI. kalendas maii. Apostolatus Celestini III anno secundo. Gregorio de Sancto Apostolo tunc fungente legationis officio. In regno Hungarie serenissimo rege Bela eidem Hungarie nec non Croatie, Dalmacie Rameque feliciter imperante, per manum magistri Fulconis et signatum et traditum.

Od zdola na žutoj i crvenoj svili visile su dvie pečati, sada obedvie izgubljene. Izvorna povelja pisana na pergameni, nalazi se u knjižnici akademije jugosl.

CCXX. God. 1192.

Petar nadbiskup zadarski, dopituje njeku zemlju Abala, samostanu kaludjericah sv. Benedikta u Spljetu.

In Christi nomine. Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo II, indiccione vero X. Tempore Grubesse comitis et in bucaratu filii Caruchuli, hoc actum

est. Factum est, quod predicto tempore clericus Vita, sancti Cipriani plebanus, nepos Mar . . . codizi, contra me Chazzam, sancti Benedicti abbatissam insurgens, ut de terra que est Aballo, quam olim Marcula Neslane monasterio obtulerat, coram archiepiscopo responderemus, assidue instabat. Constituto itaque termino et die pro optinendo monasterii iure, coram archiepiscopo Petro et uniuerso capitulo in curiali palacio astitimus. Igitur nobis ante eum assistentibus, iam dictus clericus Vita, de predicta terra proposuit, asserens ipsam sancti Cipriani esse. Nobis itaque ad inuicem disceptantibus, quam longo temporum curiculo ipsa terra iure hereditario monasterium usus fuerat, michi abbatisse, archiepiscopus simul cum capitulo sacramentum, quia predicta terra non sancti Cipriani sed nostri monasterii est, iudicauit, et exinde diaconem (sic) Sabacium nobis pristaldum tribuit, quod sacramentum his scientibus, presbitero Micha, diacono Helia, Stresio, et Vilce feci. Et ego Sabacius subdiaconus communis notarius huius rei pristaldus scriptor et testis snm.

Ova listina pisana na pergameni, sašita je ujedno sa listinom god. 1144. br. LI. čuva se u samostanu kaludjericah sv. Marije u Zadru. medju pismi samostana sv. Benedikta. Sravni Farlati III. 225. koj ju priobći s pogrieškama.

CCXXI. 1192.

Crkva sv. Marije u Toplicah plaća daću rimskoj stolici.

Census Romane sedis in Hungaria MCXCII. (Drugo izostavljeno). In episcopatu Zagrabiensi: Ecclesia sancte Marie de Calidis aquis, unum romanatum.

Endlicher. Monumenta Arpadiana I. 247. E Cencii Camerarii libro censuum.

CCXXII. 1193. od 1. siečnja do 28. ožujka.

Ivan sin Ratinov prodaje samostanu sv. Stjepana u Solinu njeko zemljište, ležeće u Solina iza crkve sv. Marije.

(Prevod talijanski iz latinskoga izvora izgubljena).

Nel nome della sancta Trinitá et indiuidua unitá. L' anno dalla Incarnatione di Christo 1193. nell' Indictione X. Regnante Bela Re d' Ungheria, procurando anco il ducato di Dalmatia et Croatia Calano, et l' arcivescovo di Spalato essendo gouernato da Pietro figliolo di Chetleno, Conte Grubisca et vicario Bogdano nepote di Prodano. Perchè se le cose di questo mondo non si reducono in scrittura, presto vanno in oblivione, et inducono in errore i cuori degli huomini. Peró a notitia dei posteri doverà venire questo scritto, qualmente io Giovanni figliolo del quondam Ratina, ho venduto all' abbate Isach di san Stefano, et a Martino suo Preposto, et a tutta la congregatione del medesimo monasterio, per prezzo con d' accordo di romanati otto, una calavagia posta in Salona dopo la chiesa di santa Maria d' Atago, da esser da loro perpetuamente possessa, et disponolò . . a loro piacere. A la qual vendita furono testimoni: Pietro de

Celio, Vido figliolo di Murga, Dirsa Cudana, et Pietro Cigada, et Drago Quintaballo. Et io Sabatio subdiacono nodaro giurato del Commune fui presente alla predetta vendita, et pregato dalle parti ho scritto.

Documenti di S. Stefano di Spalato. MSC. U knjižnici sv. Marka u Mletcih MSS. Italiani Cl. V. Cod. LI. str. 33.

CCXXIII. 1193. 25. lipnja.

Isaija sin Andrašev, priznajući pred mnogimi svjedoci da je oteo njeke zemlje što pripadaju crkvi sv. Martina u Šumetu, vraća iste zemlje samostanu lokrumskomu.

Iz rukopisa: Spaglio delle scritture di Lacroma.

CCXXIV. 1193. 7. rujna. U Rabu.

Petar Foskar, poslanik mletačkoga dužda Enrika Dandula, prima Rabljane pod gospodstvo mletačko i osigurava zakletvom svoga dužda sva prava i običaje Rabljanah.

In Christi nomine amen, anno ab incarnatione domini MCXCIII. indictione septima (XI) mensis septembris exeunte die septima. Tempore domini Henrici Danduli ducis inclyti, atque Andree arbensis episcopi, et Petri Ziani comitis. Ego quidem Petrus Fuscarenus Venetialis, veniens Arben ciuitatem ex iussu dicti domini ducis ad acquirendam fidelitatem a populo eius ciuitatis, testificor in deo et anima mea coram vobis omnibus in hoc episcopali palatio, et in ea veritate qua Christus est, et in ipsa fide qua christianus vocor, verum testimonium dico, quod dominus Henricus dux Venetiarum iurauit supra sacra dei euangelia statum et consuetudinem omnibus et ciuitatibus, que sub districtu sui ducatus videntur esse, eas in rectitudine et iustitia tenere. Unde ego dictus Petrus precipio M(iuto) arbensi notario hoc scriptum scribere et firmare, sub testimonio horum testium:

Ego Petrus Fuscarenus scripsi.

Ego M. filius comitis B(artolomei) de Veglia, testis.

Ego Ve. et An. Balbi testis.

Ego Miuta arbensis presbiter ac notarius iussu dicti Petri nobilis viri et testis compleui et roboraui.

Lucius de Regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XII. Farlati V. str. 238.

CCXXV. 1193.

Kalan biskup pečuvski i upravitelj dalmatinski i hrvatski, dopituje Dominiku, biskupu zagrebačkomu, njeki posjed kod Kalnika (Kamenika).

Calanus dei gratia quinqueeclesiensis episcopus palleatus, et totius Dalmatie atque Chroatie gubernator, omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruene-

rint salutem in eo, qui est vera salus. Quamuis bonorum posteritas priorum suorum bonorum exempla imitari, doctrinam quoque opere propensius studeat adimplere, tamen quia quorundam modernorum ad bonum pigra, ad malum vero prona subtilitas, predecessorum suorum iusta iudicia subuertere et bonos actus sinistra interpretatione molitur extinguere; dilectioni vestre duximus intimandum, quod procurationis nostre tempore inter duos ciuiles, scilicet Descislou et Drassa, et Dominicum venerabilem zagrabiensis ecclesie episcopum, pro terra cuiusdam predii nomine Kemenic, orta est dissensio. Requirentibus enim predictis ciuilibus: terram illam in presentia nostra, episcopo quoque, non eorum, sed suam esse asserente; nos causam ordine canonico decidentes, duobus canonicis atque archidiaconis zagrabiensis ecclesie, scilicet Barano et Timporio, tribusque curialibus comitibus, scilicet Tiwa de Wasca, Michaeli de Dumburou, Martino de Kemenic, super hoc, quod non ciuilium, sed episcopi terra esset, sacramentum indiximus. Accepto vero ab eis sacramento, predium illud, scilicet Kemenic, a duobus viis coniunctis usque ad riuulum ubi habet metam terre, deinde ultra montem usque ad fluuium nomine Rogozice; deinde usque ad alium fluuium cui nomen Bogoce. A Bogocca autem per montem qui Trabs appellatur, usque ad caput unius vallis que dicitur Jasconovina, zagrabiensi episcopo, per manus duorum pristaldorum nostrorum, scilicet Ysani curialis comitis de Kris et Bonci assignauimus. Ut igitur huius iuste examinationis sententia perpetue stabilitatis robore fulciatur, litteras super hoc testimoniales sigilli nostri munimine insigniuimus, volentes et precipientes, ne quis huic canonice obseruationi ausu temerario presumat contraire. Si quis autem facere acceptauerit, anime sue periculum et dignam dei ulcionum vindictam se nouerit incursurum.

S vana. Super praedio Kemenik, cuius metae in metalibus Eppiscopalium bonorum existunt.

Na pergameni, dobro sačuvanoj. Nalazi se u arkivu nadbiskupa zagrebačkoga. Priv. I. N. I. Gl. Tkalčić. Monumenta I. str. 6.

CCXXVI. 1893.

Kalan, biskup pečuvski i upravitelj hrvatski i dalmatinski, dopituje Dominiku, biskupu zagrebačkomu, desetinu u Krapini, Okiću i Podgorju, koju je prije birao vojvoda ciele Slavonije.

Calanus dei gratia quinqueecclesiensis episcopus palleatus, et totius Dalmatie, atque Chroatie gubernator, omnibus Christi fidelibus, ad quoscumque hec presens pagina peruenerit, salutem in domino. Licet omnes catholice fidei professores, quod a pio saluatore precipitur, hoc propensius exequi teneantur, viri tamen summates, quos diuina gratia pre ceteris extulit in hoc mundo, non solum preceptis diuinis sua debent colla subiicere, sed et ipsius consilia attentiori famulatu deuotius amplexari, ut et obedientia ex mandatorum obseruatione proueniens salutem ipsis pariat sempiternam, et consilii salutaris deuota completio multiplicatam gloriam conferat et mercedem. Inde est, quod ego, non ignarus noui et veteris testamenti, in quo tuba clara canitur, et aperte, quod omnis decima sine omni mutilatione domino offeratur, et Cain per hominis passionem, [1] quem pro sacra

[1] Tkalčić ima: prothomartiris passionem.

decimarum oblatione inimica fraternitas nequiter interemit, non aure surdastri preteriens, de omnibus victualibus, que vulgo cazun nuncupantur, et de omnibus eorum pertinentiis, tam in bobus, quam ouibus cum agnis, et gallinis, et porcibus, [1] et aliis, si que [2] sunt, que ex diuersis locis, scilicet: Krapina, Okich, et Pogoria ad ducatus cellaria congregantur, decimas dari venerabili Dominico zagrabiensi episcopo, et eius successoribus sine omni cunctatione, et mutilatione, quemadmodum per totum episcopatum suum de aliis ducatus reditibus decimas habet, precipio. Et ut hoc perpetua stabilitate reniteat, huius antique constitutionis, sed nove concessionis paginam, sigilli mei munimine placuit insigniri, nec ulli igitur liceat hanc iustam constitutionem infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare presumpserit, eternam dampnationem, velud (sic) sacrilegus non euadet, et ecclesiastice seueritatis sententia percelletur. Actum est istud anno dominice incarnationis MCLXXXXIII. indict. XII. (XI) regnante piissimo rege Bela tercio.

Matica u arkivu kapt. zagr. acta antiqua. Fasc. V. br. 2. Tkalčić. Mon. I. str. 5. Po indikciji mogla bi se ova listina uvrstiti u g. 1194.

CCXXVII. 1193.

Bela III. kralj hrvatski i ugarski daruje knezu krčkomu Bartolu, županiju modrušku.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Bela dei gracia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex in perpetuum. Quum fidelitas suscipit incrementum, cum merces fidelitatis digna retributione compensatur, dignum ducimus illis regie munificentie manum copiosius aperiri, quos longeue fidelitatis experientia, et exhibitio deuotionis continua, gracie nostre reddit commendatos. Attendentes itaque occulo benigniori sinceritatem ac deuotionem dilecti ac fidelis nostri comitis Bartholomei, totam terram pertinentem ad comitatum Modrus, cum pertinentiis et totis redditibus, ei et heredibus suis iure hereditario contulimus, perpetuis temporibus possidendam, tali pactionis interuentu, quod prenominatus comes in exercitu serenitatis nostre, infra limites regni, cum decem loricis, in reconpensatione suscepti beneficii nobis asistat. Extra regnum vero cum quatuor loricis nobis seruiat, tali tamen tempore citatus veniat, in quo exercitus chroaticus ex precepto regio uniuersaliter ad exercitum fuerit conuocatus. Sub hac quoque conditionis forma includere decreuimus, quod si iam dictus comes absque prole ingrederetur viam carnis uniuerse, unus ex filiis fratrum ipsius, eodem conuentionis modo obseruato, sub nostre serenitatis dominio terram tranquille possideat et quiete. Preterea volumus et regia auctoritate decernimus, quod omnes homines de terra illa nullius iudicio assistere teneantur, nisi proprii domini; tamen si banus in eadem terra presens fuerit, quamdiu presens fuerit, iudicandi habeat potestatem, sed alias eos determinari non faciat, verumtamen dominus eorum si de hominibus suis aduersariis eorum iustitiam facere voluerit, et querela ante banum peruenerit, pro hominibus suis ante banum in solo tali casu teneatur respondere. Si autem sepedictus comes cum tot loricis quot in conuentione suscepit se exhibiturum, ad exercitum nostrum non venerit, et constiterit serenitati nostre, per pigriciam aut per incuriam et negligentiam factum esse, ad proximum sequentem exercitum duplicatis loricis accedat;

---

[1] Tk. panibus [2] Tk. qua.

vel quot ex loricis defuerint, in alio exercitu totidem recompenset. Ut igitur hec nostre donationis pagina perpetue firmitatis robur optineat, et quod nulli liceat eidem donationi quicquam subtrahere, aut imminuere, imaginis nostre in aurea bulla impressione fecimus communiri. Datum per manus magistri Katapani albensis prepositi, Hungarie cancellarii. Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo nonagesimo tercio. Venerabili Job strigoniensi archiepiscopo existente. Saulo colochensi archiepiscopo. Kalano quinqueecclesiensi episcopo et eodem Dalmatie atque Chroatie gubernatore. Crispino senadiensi episcopo. Dominico zagrabiensi episcopo. Mog palatino comite et eodem baachiensi. Dominico curiali comite et eodem budrigiensi. Andrea comite de suprun. Both comite de Bihor. Fulcone comite de Vaswar. Machario comite de Zaunuk.

Locus sigilli pendentis in zona rubra

Matica na pergameni u zemaljskom arkivu. Neo regestrata acta Fasc. 484. N. 1. Čuva se pod staklom u zlatnem okviru.

CCXXVIII. 1193.

Ivan Ratinov prodaje njeku zemlju Stajec u Solinu, samostanu sv. Stjepana kod Spljeta.

Nel nome della santa Trinità et individua unità, l' anno del verbo incarnato 1193. nell' inditione X (XI) Regnando Bela Re degli Ungari, Duca Calano presidente alla Dalmatia et Croatia, et Pietro arcivescovo di Spalato, et Conte dell' istesso luogo Grubesca et vicario Bogdano nepote di Prodano. Perche la serie di tutte le cose, se non si riduca in scrittura, presto si scorda, et induce i posteri in errore. Però acciò sappiano i posteri et le sia palese per il presente scritto, come io Giovanni figliolo del quondam Ratina, ho venduto all' Abbate di san Stefano, a Martino suo Preposto, et a tutta la congregatione del medemo monasterio per prezzo d' accordo di Romanati otto una Calavagia che è in Salona a Stagez, vicino il molino di Cut, da esser da oro perpetuamente posseduta, et dispostene a loro piacere. Alla qual vendita furono testimoni Pietro figliolo di Celia, Vita Murgia, et Ugo Quintavalle. Et io Sabatio subdiacono di Spalato et nodaro giurato della Corte fu presente alla sopradetta vendita et pregato ho scritto.

Documenti di san Stefano di Spalato. Rukopis mletačke knjižnice sv. Marka. MSS. italiani Classe V. Cod. LI. str. 76.

CCXXIX. God. 1193. 8. listopada. U Zadru.

Rogerio sin kneza Dominika Maurocena, prodaje svoju kuću zadarsku Mati sinu Zorobabela.

In nomine dei eterni et saluatoris nostri Jhesu Christi. Anno ab incarnacione eiusdem MC. nonagesimo tercio, mense octubris, die octaua intrante, indiccione undecima, Jadere, regnante domino nostro Bela dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chroacie, Rameque, serenissimo rege, Petro archielecto ecclesiam iadertinam regente, et in eadem ciuitate presidente Damiano inclito comite. Quicquid venditur vel donatur necesse habet vinculo scripti annodari, ut venditionis seu donationis conditio, non temporis longitudine aut si-

lentii taciturnitate compressa obliuioni tradatur, sed perpetuo cordetenus teneatur. Ego igitur comes Rogerius, Dominici Mauroceni comitis filius, fateor per hoc presens scriptum; quoniam vendidi ac tradidi domum meam cum turre, que est ante ecclesiam sancte Marie maioris, cum tota androna, suisque pertinentiis omnibus; et aliam domum quam olim pater meus a quodam Martino prenomine Cassata emerat, collateralem domui Andree Girrize, cum omnibus ingressibus et egressibus, omnibusque suis allodiis, absoluta et spontanea voluntate, tibi nempe Matheo, filio Zorobabel, pro trecentis et quinquaginta perperis aureis, a te plene susceptis in prefinitum. Ita, ut liceat tibi tuisque heredibus ac proheredibus, presignatas domos cum turre libere habere, vendere, donare, committare, pignori locare, possidere et omnimode alienare. Verum si quis alius ius aliquod in predictam venditionem intenderit, spondeo per me et meos heredes tibi tuisque heredibus ac successoribus, presignatas domos cum turre tutare atque defendere absque fraude et malo ingenio. Hec quidem acta sunt in presentia et testimonio Lampredii comitis, Gregorii Cose, Petrizi Vitaze, Cose Gregorii, Duymi comitis, Petronie filii Albini, ac Theodori, Tollie filii. Et ego Joseph, sancti Petri novi plebanus, vicenotarius predicti comitis Rogerii rogatu, ut audiui, scripsi, roboraui, proprioque signo signaui.

Matica na pergameni u zadar. gub. ark. Luochi suburb. Act mon. s. Nicolai de Jadra.

CCXXX. 1194. 4. lipnja. U Zadru.

Razvod medju zemljišti samostanah sv. Kuzme i Damjana kod Belgrada, i sv. Dimitrije u Zadru.

De terris monasterii sanctorum Cosme et Damiani.

Anno dominice incarnationis millesimo CLXXXXIIII, mense iunii, die IIII. astante, indictione XII. Jadre. Regnante domino nostro Bela, serenissimo Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rege, ecclesia iadertina proprio pastore carente, et Damiano inclito comite eiusdem ciuitatis presidente. Cum nos nempe Johannes, iadertine ecclesie archidiaconus, una cum Andrea archipresbitero, Marco et Matheo, maioris ecclesie canonicis et Marino sancte Marie maioris, Johanne sancti Petri veteris, Predicio sancti Stephani, Joseph sancti Petri noui et Johanne sancti Michaelis plebanis, et capitulo iadrensi, nec non prefato Damiano comite, Gregorio Cosce, Damiano Rubb Sacci et Georgio Soppe iudicibus, Micha Petrici, Grisogono Bittizi, multisque aliis nobilibus clericis ac laicis in choro sancte Anastasie ad contrauersias que inter te Dominicum sancti Damiani abbatem, et Liubam sancti Demetri abbatissam, pro terris vertebantur, resecandas resideremus, post multas altercationes et iudicia iudicata, que sancti Dimitrii partem plurimum impetebant. Guadras per stipem ut moris est ab utroque vestrum suscipientes, presentibus Coscia, sancti Damiani, et Desa Bittizi sancti Dimitrii aduocatis, hoc pro bono pacis et concordie de comuni consilio et voluntate statuimus, ut sancti Damiani ecclesia, omnes terras illas, quas antiquitus possedit, a lacu videlicet, qui lacus abbatis vel monialis dicitur, versus australem partem positum incipiente usque ad Blattam, et ab inde tam supra curiam Rogoue, quam subtus eundo versus occidentem, usque ad viam veterem, que sclauice colnic, latine via carri dicitur, usque Blattam, ubi terminus lapideus positus est, et desuper usque quo terre nepotum Lube tenduntur, eundo versus

meridiem usque ad Strascizam, et ab inde recto tramite usque arborem paganam, in austro eundo, secundum quod in antiquo priuilegio continetur, habeat et possideat in perpetuum. Cetere autem terre, que ex boreali parte lacus Jassenize sunt, ita distinguimus: inprimis namque, a fonte primo versus boream, qui Rasochattiza dicitur, usque ad riuum Jassenize, recta linea versus meridianam plagam, et a iam dicta Rasochatiza sursum versum Tinum, quicquid in australi parte habetur, et ecclesia sanctorum Cosme et Damiani tenuit et tenet, teneat et adhuc, et quicquid a iam dicta aqua Rasochatiza territoriii in occidente est, ecclesie sancti Dimitrii remaneat perpetuo possidendum. Si autem et ecclesia sancti Dimitrii aliquid in austro sepedicte Rasochatize possidet, possideat et adhuc, et sic utraque pars semper in pace quiescat. Vinea etiam de Tino, in terris sanctorum Cosme et Damiani plantata, quam ecclesia sancti Dimitrii non tenuit, apprecietur a bonis hominibus et precium appreciatum ecclesia sancti Damiani ecclesie sancti Dimitrii tribuat, et memoratam vineam in se perpetuo possidendam recipiat, nec sit licitum deinceps sub pena nostre excommunicationis utrique parti hanc nostre constitutionis concordie cartam infringere, vel ei ausu temerario in aliquo contraire, sed firma, illibataque perpetuis temporibus obseruare. Et ego Blasius sancte Anastasie diaconus et iadertine curie comunis notarius, hanc constitutionis et concordie cartam iussu prefati archidiaconi et capituli, hac eciam domini comitis et iudicum prescriptorum ut audiui, compleui, roboraui et signo consueto signaui.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

CCXXXI. 1194. 9. srpnja. Kod Knina.

Razvod medju zemljišti crkvenjakah i samostana sv. Kozme i Damjana.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo nonagesimo quarto, mense iulii, die nono intrante, indictione duodecima, apud Tinum. Regnante domino nostro Bela, serenissimo rege Hungarie, Dalmatie, Chroatie atque Rame, et Almerico, filio eius, super Dalmatiam et Chroatiam. Cum nos, nempe Petrus, spalatine sedis archiepiscopus, una cum Matheo, nonensi episcopo, et Damiano iadertino comite, ac Grubescia spalatino comite, ceterisque nobilibus, quorum nomina inferius scribentur, in ecclesia sancti Johannis de Teno, ad controuersias, que inter Templarios et monasterium sanctorum Cosme et Damiani pro terris et aquarum decursibus vertebantur resecandas, de mandato regio resideremus, post multas altercationes et verba, que memorate ecclesie inter se habebantur, guadras ab utraque parte per stipitem de voluntate utrisque partis suscipientes, pro bono pacis et concordie talem inter utrasque ecclesias diuisionem auctoritate regia composuimus. Incipiente a via que inter villam Teni et villam sanctorum Cosme et Damiani est, et eundo versus meridiem recto tramite usque ad Gomilam inferius, et ab inde usque ad Blatam, quicquid in austro in terris et aquis est, quod ad monasterium sancti Damiani pertinuit, domui templi remaneat perpetuo possidendum, preter aquam Chriplinam, quam communem esse decernimus utrisque ecclesiis, et quicquid a prefata via in partibus occidentis in terris et aquis ac pascuis etiam ultra vallem Teni habetur, et ad templarios spectauit, prefato sancti Damiani monasterio sit amodo in perpetuum. Aqua vero Chierne cum

aquarum decursibus habere statuimus tali videlicet ordine, ut in ea molendina faciant quotquot possunt, tamen quod molendino sanctorum Cosme et Damiani de Virbiza, quod est ultra Blatam, non noceant in aliquo. Volumus etiam et sancimus, ut prefata sancti Damiani ecclesia omnes terras illas, quas ultra Blatam antiquitus possedit, et etiam si qua molendina sub suo molendino in austro fecerint, habeat et possideat semper, sine omni Templariorum calumnia. Stabilimus etiam, ut si qua utrisque partis antiqua testamenta preter hanc nostre constitutionis cartam (contra) ire presumpserint, omnipotentis dei sanctorumque apostolorum Petri et Pauli ac omnium sanctorum ac nostram maledictionem incurrat, fiatque anathema maranatha, et super hoc pena duarum librarum auri mulctetur. Que omnia firma et rata esse volumus presente Gualterio magistro, fratre Azzo preceptore et omnibus fratribus, et Dominico abbate, Priuonia monacho, Dminoscia monacho et cunctis fratribus. Coram hiis ydoneis testibus: Petro Sagarelle, et Tolmatio ac Burello presbiteris spalatinis, Petronia Cucille, Petrizo Vitaze, Petrizo Michaelis, Georgio Soppe, Bitte de Juda, Bitte Prestancii et Grisogono fratre eius, Petro Sloradi Templariorum aduocatŏ, Coscia Gregorii, sancti Damiani aduocato, iadertinis, et multis aliis. Dedomiro iuppano, Vilcomiro iuppano, Berriscio iupano, Grubescia Gaudii iupano, Slilizo iupano, et multis aliis. Fuerunt preterea testes ibidem hi venerabiles viri: Gregorius antiuarensis archiepiscopus, et Vincentius sancti Grisogoni abbas, cum sũis monachis et multis de plebe. Et ego Blasius sancte Anastasie diaconus et iadrensis notarius qui interfui, hanc constitutionis et concordie cartulam, iussu iam dicti archiepiscopi spalatensis et nonensis episcopi et comitum prescriptorum ceterorumque testium rogatu, ut audiui, compleui, roboraui et signo consueto signaui.

Polichorion. U arkivu gub. zada. Farlati Illyr. Sacr. T. III. p. 225.

CCXXXII. God. 1195. 5. svibnja. U Lateranu.

Celestin III. papa, potvrdjuje samostanu sv. Krševana u Zadru sva njegova dobra i posjede.

Celestinus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Vincentio abbati monasterii sancti Grisogoni de Jadera, suisque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. I. N. P. P. M. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancti Grisochoni, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus, statuentes: ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Martini, Diculi cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Martini ante portam ciuitatis cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Jacobi cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Laurentii

Lucorani, cum pertinentiis suis, ecclesiam sanctorum Johannis et Victoris Tilagi, cum pertinentiis suis, et ecclesiam sancti Damiani Berbinei cum pertinentiis suis, terram Coperlani, terram Secherrani, terram Berde et terram Su(ch)ouarre, ecclesiam sancti Georgii cum tota insula Mauni, et piscationes omnes pertinentes ad vos. Sane noualium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem monasterio professionem, fas sit de eodem loco nisi arctioris religionis optentu discedere, discedentem vero absque comunium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excomunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, diuina officia celebrare. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum seu clericorum vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, a diecesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit et gratiam atque comunionem apostolice sedis habuerit, et ea vobis gratis et sine prauitate aliqua voluerit exhibere, alioquin liceat vobis quemcumque malueritis adire antistitem, gratiam et comunionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerunt, nisi forte excomunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres comuni consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum dei timorem et beati Benedicti regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata seruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et diecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tercioue commonita; nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat, cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen.

Ego Celestinus catholice ecclesie episcopus.
† Ego Albinus, albanen. eps. m. p.
† Ego Octauianus hostiens. et velletrens. eps m. p.
† Ego Pandulfus, basil XII aplor. card. pbr. m. p.
† Ego Jordanus sce. Puden. tt. Pastoris pbr. card. m. p.
† Ego Johannes tt. sti. Clementis card. viterbien. et tuscien. eps. m. p.
† Ego Hugo presb. card. scti. Martini tt. Equitii m. p.

† Ego Johannes tt. scti. Stephani in Celio monte presb. card. m. p.
† Ego Centius tt. scti. Laurentii in Lucina presb. card. m. p.
† Ego Bernardus scti. Petri ad vincula presb. card. tt. Eudoxie m p.
† Ego Fidantius tt. sancti Marcelli presb. card. m. p.
† Ego Gratianus ss. Cosme et Dam. diac. card. m. p.
† Ego Gerardus s. Adriani diac. card. m. p.
† Ego Gregorius s. Marie in Porticu diac. card. m. p.
† Ego Nicolaus s. Marie in Cosmydin, diac. card. m. p.
† Ego Gregorius s. Angeli diac. card. m. p.
† Ego Borbo s. Theodori diac. card. m. p.

Datum Laterani per manum Centii sancte Lucie in Orthea diaconi cardinalis, domini pape camerarii, III. nonas Maii, indictione tercia decima, incarnationis dominice anno MCXCV, pontificatus vero domini Celestini pape tercii, anno quinto.

Izvor na koži, pečat pritišnjen. U ark. gub. u Zadru. Capsula I. Masso A. nr. 5.

CCXXXIII. 1195. 3. svibnja. U Dubrovniku.

Izabrani sudci sude u njekoj razpri medju nadbiskupom dubrovačkim Bernardom i njegovimi kanonici i svećenici.

Veritas negotii que vertitur inter matricis ecclesie canonicos ex una parte, et capellarum, ecclesiarum clericos ex alia parte, hec est: Cum opportuna circa Benardum ragusine ecclesie archiepiscopum pro electo bosnensis ecclesie, qui ad consecrandum venerit, solicitudo ageratur, ac cum quibus consecrandus erat, deessent episcopi, prefatus archiepiscopus omnes capellarum clericos in sui presenciam venire statuit, quibus et dixit: Ortor ac moneo vos dilectissimi, quatinus circa ecclesie negocia ut boni filii inuigiletis, et eam ut matrem benigne vestro solamine sustentetis, nunc cum virorum bonorum indiget auxilio, in virtute obedientie precipio, ut ex more solito, sicut a senioribus iam audiuimus, vobis et non canonicis matricis ecclesie pro episcopis ad consecrandum bosnensem electum est pergendum, a me vero nauiculam et expensas accipientes, nunc itaque omni dilatione remota festinantes pergite, ecce nauicula, en preparate sunt vobis expense. Cui tale omnes dedere responsum: nobis solis pergendum non est, quum quidquid huiusmodi obsequii fecimus, simul cum canonicis maioris ecclesie egimus, super hoc nimium vestram paternitatem postulantes, quatinus nobis iniustum facere nequaquam permittas. Audiens autem hoc venerabilis archiepiscopus, euocans ad se Lucarum comitem cum senioribus nobilibus, iussit clericos omnes tam matricis ecclesie quam et capellarum ut in sui presencia et nobilium hominum de hoc inuicem starent ad iudicium. Arbitris itaque statutis iudicibus capellarum, clerus per suum aduocatum Petrizolum, his causam suam muniuit allegationibus, inquit: Nimia quippe ammiracione ducor, cum omnis clerus tam maioris ecclesie quam etiam et capellarum, una sorte cleri vocati sumus, atque omnes in Christo fratres sumus, cur vos tanta elacione ducimini, ut ab hoc obsequio, quod nunc instat maiori ecclesie simul nobiscum, vos sequestratim subtrahi conamini, et nos tamquam alienos sub pedibus vestris conculcare nitimini, cum pastoris ecclesie vox clamet: ne sitis quasi dominantes in clero. Ex antiquo quippe more hoc

fuit, ut quandocunque negotium tale seruent, non separatim set communiter tam vos quam etiam nos simul peregimus. Nuper etiam accidit, quando cum sayteia Durachium iuimus, nobiscum in ipsa omnes pariter nauigastis, postmodum vero cum Dulcinum cum alia saytea iuimus, nobiscum remigastis, nam clericus Pascalis Dabranize diaconus, Yessius Veresti, et diaconus Dabrascanus Gayslaui, et alii quam plures maioris ecclesie clerici nobiscum interfuere; sic nunc in continenti facite, nam omnibus bonis ecclesie vos utamini, pariter ergo eamus et maiori intencione vos hoc agere debetis, quia omnibus bonis ecclesie repleti estis. Preterea cum Raymundum romane ecclesie legatum Catarum portauimus, una nobiscum fuistis. E contra, Marinus archidiaconus uniuersorum canonicorum maioris ecclesie voluntate per aduocatum suum Sauinum Bonde in presentia curie constitutus respondit: Cum per uniuersum fere orbem, archiepiscopalis sedis mater ecclesia hanc sibi prerogatiuam vendicat dignitatem, ut in his quasi mater super omnes reueretur capellas, quatinus huiusmodi capelle ei obsequii reuerentiam prebeant, et veluti filie, tamquam sue genitrici honorem pariter deferant, non cum filia matri, set mater filie precipere racio videtur, vobis ergo licet omne obsequiuu exterius explere, nobis vero canonicis tamquam cardinales archiepiscopo[1] interius semper oportet asistere. Quod autem proposuistis contra: quod in sayteia bis interius in huiusmodi obsequiis una vobiscum nauigauimus, verum non est, set si aliquando hoc fecimus, ex voluntate non ex debito fecimus, ut nos tamquam domini et seniores et ut filii matris ecclesie vobis nauigantibus sedebamus, ad hoc itaque confirmandum, ut fides detur sermonibus nostris, veridicos testes assignamus: Vitalem Vulpis senem, et bone fame virum, nobilem Heliam Marini filium, Velcatam de Smalla monachum, Trebessium presbiterum, nunc vero monachum. Nos itaque subscripti iudices ex utraque parte arbitrarii constituti, huius litis implicite negocium perlustrantes, et utriusque partis allegationes intuentes, introductos testes dilligenter statuimus percunctari, quod ante presenciam nostram ita probauere sicut allegatum fuit ex parte canonicorum matricis ecclesie. Testes vero de iure iurando . . in hoc patrie uicit consuetudo. Ergo pariter conuocato consilio et voluntate eiusdem . . timus et sentenciamus: quia capellarum clerici nullos habent testes qui pro sua parte testificentur, iuret unus presbiter ex maioris ecclesie canonicis super sacro sancta dei euangelia, confirmans testimonium suorum testium predictorum, et ita canonici ab omni seruitutis obsequio remaneant absoluti, quod cum euangeliorum liber presentatus fuisset et ex voluntate omnium presbiter Andreas ser Bratanegi iurandum paratus fuisset, capellarum clerici eum iurare non permiserunt. Actum est hoc anno dominice incarnationis M. C. nonagesimo V. die invencionis sancte crucis, que (quarto) nonas maias collitur, in palacio archiepiscopali residente domino Bernardo archiepiscopo in sua sede, et Lucaro comite, iudice Vitale, Vulpis iudice, Michatio vicario iudice, Slabba Lucari iudice, Vitale. Bodatio iudice, Vito Proculi iudice, Theodoro Domane iudice, Vrsacio Milin iudice, Vito Lampri iudice. Ego Vitalis de Bano matricis ecclesie presbiter in his omnibus interfui, et sicut a predictis iudicibus audiui, eorum, maxime comitis Lucari iussu et rogatu, manu propria roboraui, ne vel oppressis exactio debito fine careat vel longeui temporis obliuio, que iusto iudicio ventilata sunt, temerario ausu confundat stili officio, descripsi.

† Ego Bernardus ragusinus archiepiscopus manu mea subscribsi.

Matica pisana na velikoj, nješto oštećenoj i poderanoj pergameni, nalazi se u Dubrovniku u c. kr. okr. ark. pod Fasc. I. br. 31.

[1] Imalo bi valjda stojati: pontifici.

CCXXXIV. 1195. 18. svibnja. U Lateranu.

Celestin III. papa, daje vlast Vinku, opatu sv. Krševana u Zadru, da može nositi mitru, prsten i palicu sa sandali.

Celestinus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Vincentio abbati sancti Grisochoni salutem et apostolicam benedictionem. Cum te deuotum et fidelem ecclesie filium esse credamus, honori tuo libenter intendimus et personam tuam aliquo speciali priuilegio duximus honorandum, ut eo feruentius in nostra et ecclesie romane deuotione persistas, quo te cognoueris per nos honore ac dignitate ecelesiastica decoratum. Ea propter dilecte in Christo fili, deuotionem tuam et prudentiam attendentes, usum mitre, anuli, baculi et sandalium sicut predecessores tui hactenus habuisse noscuntur, de benignitate sedis apostolice tibi duximus concedendum, ut ipsis ecclesiasticis insignibus in sollemnibus processionibus et precipuis festiuitatibus ecclesie tue, de auctoritate sedis apostolice, tam infra monasterium tuum quam ecclesias pertinentes ad ipsum, libere potiaris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XV kalendas iunii, pontificatus nostri anno quinto.

Izvornik na koži, pečat manjka. U ark. gub. zadars. Nr. 6. Masso A. Capsula I.

CCXXXV. 1195. U Spljetu.

Kaza opatica samostana sv. Benedikta u Spljetu, čini naredbe o potomcih i o baštini služkinje Dušice.

In Christi nomine. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo V. indictione XIII. Tempore comitis Grubesse, et in bucaratu Dobre nepotis Dane, hoc actum est. Quomodo (qm.) ego Chazza soror . . . et abbatissa presens recordationis scriptum post . . . ri volui, quia post mortem D(u)sizze ancille nostre cum Viro eius Vilcico filioque eius parata sum, filiam vero eius cum domo in monasterio suscepi. Vilcico autem suscepit unum filium sibi cum vineis. Tercium vero filium de quo monasterium medietatem habebat, spontanea voluntate tali tenore partem monasterii sibi concessi, quod si forte vendere aut pignorare sibi contigerit, nulli eum vendere aut pignorare posset nisi monasterio. Cuius particionis aduocatus monasterii Marinus nepos Margarite et Johannes nepos Malantraue sunt testes, et ego Sabatius notarius comunis iuratus hoc breue scripsi et testor.

Matica pisana na malenoj pergameni nalazi se u pismohrani kaludjericah sv. Marije u Zadru, medju pismi samostana spljetskog sv. Rajnera.

*

CCXXXVI. 1195. U Zadru.

Odlomak listine koja svjedoči, da je Mirko sin kralja Bele III. za života svoga otca, dvakrat kao kralj krunjen bio, kad je zajedno upravljao Dalmacijom i Hrvatskom.

Anno MCXCV. Indictione XIII. Jadre. Regnante domino nostro Bela Ungarie, Dalmatie, Rame rege, et Enrico eius filio, bis coronato, Dalmatiam et Croatiam feliciter gubernante, ecclesia iadertina proprio pastore vacante, et Damiano inclito comite eiusdem ciuitatis principante etc.

Farlati Illyr. Sacr. T. V. 65. ex tabulario Jadertino.

CCXXXVII. Oko god. 1195.

Oporuka Grgura nadbiskupa barskoga.

In Christi nomine Amen. Ego GG.(regorius) olim dei gratia licet indignus antibarensis archiepiscopus, ex precepto diuino agnoscens que dominus ait: estote parati, quia nescitis extremam vite horam, decidens in egritudinem corporis, valida dei dispensatione, apud monasterium beatissimi Grisogoni facio testamentum, tum stabilitatis rerum ad saluationem anime mee, siue obiero in ipsa infirmitate, vel etiam conualuero, ante abbatem predicti cenobii dominum Vincentium et dominum decanum Simeonem atque fratrem Jordanum et iupanum . . . P. . . . Vitaze. Et in primis capellam meam et duas mitras, et virgam pastoralem, planetam et pluuialem, dalmaticam et comisum, stolam, manipulum et cingulum cum cotta; de libris etiam Decretum, Missale, ordinem episcopalem, atque matutinalem librum, firma donatione volo haberi a predicto cenobio ad honorem dei et matris eius, secula in domino perpetua.

Illyricum Sacrum. T. VII. str. 27.

CCXXXVIII. 1196. 15. lipnja. U Lateranu.

Celestin III. papa, nagadja nadbiskupa spljetskog i njegovo svećenstvo u poslu desetine i daćah.

Celestinus episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri archiepiscopo et dilectis filiis canonicis spalatensibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum inter te, frater archiepiscope, et tue ciuitatis clericos super variis articulis questio verteretur, eam nostro conspectui presentastis, ut sub nostro examine ventilata fine debito clauderetur; a quibus utique clericis tu, frater archiepiscope postulabas, ut quartam partem decimationis et oblationum de corpore ciuitatis tibi debitam exhiberent. Petebas etiam, ut eo tempore, quo ad romanam curiam accederes consecrandus, seu romanum pontificem, imperatorem, vel regem causa visitationis adires, tu, vel successores tui, idem clerici tibi adiutorium impenderent oportunum. Ipsi tibi vero ad hec taliter respondebant: Quod

cum predecessessores tui quinque hebdomadarios, presbiterum scilicet, levitam, subdiaconum, acolytham et sacristam per totam tenerentur hebdomadam procurare, et hoc eis importabile videretur, ita conuenerunt cum canonicis, ut pro recompensatione procuratianum supradictarum haberent ipsi quartam decimationis et oblationum de corpore ciuitatis, sicut in scriptis bone memorie Gaudii, Gerardi et Petri, predecessorum tuorum, continetur expressum. Petebant insuper duodecim prandia constitutis et certis festiuitatibus anni percipienda, potationes sabbathorum, et procurationes tribus hebdomadariis singulis diebus dominicis exhibendas. Cum igitur nos multis et variis negotiis occupati, ad hec intendere non possemus, venerabilem fratrem nostrum J. viterbiensem episcopum sancti Clementis, et dilectum filium C. de sancto apostolo, sancte Marie in Porticu diaconos cardinales, vobis concessimus auditores; in quorum siquidem vos presentia constituti, post multas disceptationes et allegationes hinc inde saniori usi consilio, taliter conuenistis, quod quartam partem decimationis et oblationis ciuitatis vos clerici ipsi archiepiscopo constituetis, et tu, frater archiepiscope, dabis clericis memoratis de ipsa quarta parte decimationis et oblationum per tuum procuratorem annuatim viginti perperos pro recompensatione supradictarum procurationum, et quod residuum fuerit de ipsa quarta, in usus tuos et commodum conuertatur. Preterea sex tantum prandia dabis eisdem statutis festiuitatibus anni, scilicet: sancti Domnii, pentecostes, in translatione beati Domnii, sancti Anastasii, sanctorum Cosme et Damiani et Vincentii, potationes sabbathorum, et tribus hebdomadariis singulis dominicis diebus procurationes, ab omnibus et aliis adiutoriis, que a totius ciuitatis clericis debito expetebas tam pro te, quam pro successoribus tuis, predictos clericos perpetuo reddes immunes. Quam utique conuentionem amicabilem de asssensu et voluntate utriusqne partis factam, nos ratam habentes et firmam, non obstantibus scriptis supradictis, vel aliis in preiudicium ipsius archiepiscopi apparentibus, eam auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani XXII. kalendas iuhii, pontificatus nostri anno sexto.

Farlati. Illyricum Sacrum T. III p. 226.

CCXXXIX. 1196. 15. lipnja. U Lateranu.

Celestin III. papa, nalaže biskupom skradinskomu i kninskomu, da urede razpre medju nadbiskapom spljetskim i njegovimi kanonici.

Celestinus episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus scardonensi et tiniensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilis frater noster archiepiscopus vester et eius canonici in nostra essent presentia constituti, super decima parte decimationum, que de toto archiepiscopatu extra ciuitatem proueniunt, ipsi canonici aduersus eundem archiepiscopum ceperunt proponere questionem, et eam ab ipso cum instantia postulare. Verum quia non venerunt ad hoc sufficienter instructi, vestro duximus examini committendam et fine debito terminandam. Ideoque fraternitati vestre

per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis, audiatis que hinc inde duxerint proponenda, et causam inter eos iustitia vel concordia terminetis. Datum Laterani XVII. kalendas iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Farlati. Illyricum Sacrum. T. III. p. 227.

CCXL. 1196.

Emeriko kralj hrvatski i ugarski, dopituje osječki danak brodarine ili trgovine opatu samostana Čikadora.

Laurentius litteratus de Kajmath pro abbate et conuentu de Czikador, cum procuratoriis litteris eorundem, in ipsorum banorum exsurgens presentiam, respondit tali modo: quod tributum de Eszek exigi consuetum per prefatos abbatem et conuentum, iuste et legitime exigeretur; nam iidem abbas et conuentus super ipso tributo litteras haberent, et ibidem in horum verborum declarationem litteras domini Henrici, olim regis Hungarie, felicis recordationis, priuilegiales, sub grosso et rotundo suo sigillo, in quatuor locis penes imaginem sigillo in eodem sculptam, pro signo confirmationis secreto sigillo suo consignato, anno gratie millesimo centesimo nonagesimo sexto emanatas, confirmantes salubres donationes et collationes eidem ecclesie de Czikador per pios reges Hungarie, Geysam scilicet auum, Stephanumque et Belam patrem, predecessores videlicet suos reges factas, eorundem banorum obtulisset conspectui; in quibus scilicet ipsius domini Henrici regis priuilegiali interserta talis clausula inuenta fuisset: statuimus etiam, ut Hysmaelite vel Byssenii, vel cuiusecumque conditionis homines sint, in foro Ezek, et in omnibus portubus eorum, qui ad eosdem fratres pertinent, tributum omni remota occasione persoluant.

Fejér. Codex Dipl. R. Hung. T. II. str. 303. Iz osudne listine nadvornika Vladislava Gorjanskog od godine 1404.

CCXLI. 1196.

Dabiša Radkov, daje u zamienu Dobrici ženi Prodana Čelemine, njeku svoju zemlju pod Smokovićem.

(Prevod talijanski).

Nel nome di Christo. L' anno dell' Incarnatione del Signore 1190 (1196) nell' inditione 14 nel tempo di Grubessa Conte et nel vicariato di Desa Zuricha. Jo Dabissa figliolo del quondam Radco faccio fare il presente scritto. Perche alla presenza delli infrascritti testimoni ho fatta l' infrascritta permuta con Dabricha moglie di Prodano Celemina, cioè secondo l' usanza della patria gli ho assegnato mezzo vreteno di terra sotto Smocovich, delle terre di Andrianico, et inoltre gli ho aggionto 26. Romanati d' oro, et ho tolto la terra posta a Berda incontro la mia terra dalla parte d'oriente, la qual terra è piantata, et la ho presa con tutta la terra del figliolo di Giovanni, con tal patto et modo, ch' io habbi libera et assoluta potestà di possederla, venderla, donarla, e farne come meglio a me piacerà. Per questo Cambio furono testimoni Marta Marula,

Rucio Drusa Petrinna, Giovanni prete, Bela et Margarita, et io Sabatio Subdiacono Nodaro giurato del commune ho scritto come sopra, cosi pregato dal predetta Dabricha.

Documenti di San. Stefano di Spalato. Rukopis mletačke knjižnice sv. Marka MSS. Italiani Classe V. Cod. LI. str. 103.

CCXLII. Oko god. 1196.

G. naddjakon i G. nadpop spljetski, pišu svojoj braći kanonikom spljetskim o svom putu u Rim i o svom nadbisknpu.

Venerabilibus fratribus et dominis A. primicerio, M. sacriste et ceteris, G. archidiaconus, G. archipresbiter cum omnibus fratribus omnem salutem. Nouerit vestra fraternitas, quoniam licet importunitas temporis per multorum dierum spatium nos detinuerit in insulis Jadere, tamen quintodecimo die transmeauimus, et omnes sani et illacres Marchiam peruenimus, ubi honorifice percepti fuimus, et ibi certissime accepimus, quod littere nostre peruenerunt (ad) archiepiscopum, et cum domino papa representate fuerunt. Archiepiscopus postquam venit, nondum fuit receptus in curia. Dominus papa cum Romanis concors est, et nunc est Florentini, et in festo sancti Johannis dicitur quod cum rege Sicilie debet insimul esse.

Matica u bečkom c. k. dvorskom arkivu, medju pismi spljetskimi Coll. XVI. 1./194.

CCXLIII. 1186—1196.

Asjen, car bugarski podieljuje Dubrovčanom slobodu trgovine.

† Дава царьство ми ѡризьмѡ си хѡрѣ всеи дѫбрѡвнишстѣи, любѡвнꙑм (в)севѣрнꙑмъ гѡ(стемъ) царьства ми, да ыдꙋ хѡдать пѡ всеи хѡрѣ царьства ми с кꙋплѧ каквѫ (ли)бѡ, или иѡсѧ или женѫ, или кꙋпнѫ каквѫ либѡ иѡсатъ, и дѡ кѡѩ либѡ земли или хѡрꙑ дѡидѫ, или дѡ Бѣдꙑнѣ или Браничьва и Бѣлграда дѡидѫтъ, или дѡ Трънѡва и по всемꙋ Загѡрию . . . (и)л(и) дѡ (П)раслав(а) или карвꙋнъскꙑѣ хѡрꙑ приидѫть, или крънстѣи хорѣ или бѡрꙋис(тѣ)и или вѡ Дриинъ и в Днмѡт или в скѡпьскѫѫ хѡрѫ или прилѣ(п)скѫѫ или в Дѣвѡлскѫѫ хѡрѫ или в зема арбанаскѫѫ или в Сѡланъ идѫтъ, пѡ всадꙋ да си кꙋпѡваѫ и продаваѫтъ скѡбѡдиѡ бесъ всѣкѡѫ пакѡсти, да не имаѫ(т)ъ пѡ всѣхъ хѡрахъ царьства ми и г(ра)дѡвѣхь и клисꙋрахъ запрѣтенна, н(ж) да си хѡдатъ и кꙋпꙋѫтъ и продаваѫтъ бес печѣли ѣ(к)ѡ и всевѣрнии любѡвнии гѡсте царьства ми. ктѡ ли имъ спакѡсти ѡ том либѡ или на клисꙋрѣ или на фѡрѡсѣхъ или гд(ѣ) л(и)бѡ прѣзъ законъ о кꙋмерки, тѡ да е вѣстъ, тѡи е прѡтивникъ царьствꙋ ми, и милѡсти не щетъ (п)мѣти, (н)ж велик(ж) . . . . ие ѡргиѫ патитъ . . . ми †.

† Асѣн(ъ) . . , Б(лъгар)ѡ(мъ) и Гръкѡмі. †.

Matica na koži bijaše u rukuh Jeronima Gagića, priobčio Šafařik u Pamatkih list. III. i Miklošić u mon Serb. l. 2.

CCXLIV. 1197. mj. veljače.

Miha Starčev, sa svojimi rodjaci daruje Vrbicu, samostanu ss. Kuzme i Damjana.

Anno dominice incarnacionis millesimo C.LXXXXVII., mense februario mediante, indictione prima (XV) Jadre. Regnante domino nostro Henrico rege magnifico, et Andrea inclito fratre eius, duce Dalmacie ac Chroacie existente, ac Nicholao archielecto iadertine sedi presulante, et Damiano egregio comite eidem ciuitati principante. Cum nos namque Micha de Starec, una cum filia mea Dabra et Lucha presbiter, filius Cecre, cum fratribus, ac Dobre gener Farine, ac Priuiza de Brebero cum filiis Geuriscio et Georgio, ac aliis natis, nec non Curtisia et Laurencius, filius Tollmiri, cum multis aliis parentibus et particibus nostris, quoddam territorium ex occidentali parte veteris molendini Virbizze, quod simul habemus omnes nos, illud idem territorium ex boreali parte vie positum cum omnibus pertinenciis suis, que ibi sunt, excepto Micha prenomine Curtisia, monasterio sanctorum Cosme et Damiani, te Dominico abbate existente, ob animarum nostrarum remedium optulimus et omnino donauimus habendum et perpetuo possidendum, ac quicquid vobis licuerit faciendum exinde. Curtisia vero pro parte sua commutauit vobiscum abbate et fratribus et tulit pro eadem comutacione aliam terram ex curinali parte vie, quam possidet, cum omnibus terminis et possessionibus suis usque in odiernum diem. Acta sunt quidem hec et firmata coram his ydoneis testibus: Coscia Gregorii, Damiano Scide subdiacono. Et ego Blasius, sancte Anastasie diaconus et iadertine curie ac ciuitatis notarius, a prefatis viris et testibus deprecatus hanc donacionis et oblacionis cartam ut audiui scripsi, roboraui, et signo consueto signaui.

Polichorion. U gub. arkivu zadarskom. Po indikciji mogla bi ova listina padati u god. 1198.

CCXLV. 1197. 24. travnja.

Sbor njekih biskupah dalmatinskih, izašilja Matiju biskupa krbavskog, da izmiri pruće se medju sobom svećenstvo sibeničko i trogirsko:

In Christi nomine. Anno dominice incarnationis millesimo, centesimo, nonagesimo VII. indictione vero XV. scilicet VIII. kalendas maias hoc actum est. Cum spalatensis archiepiscopatus, episcopi scilicet M(ichael) scardonensis. M(ichael) traguriensis. G(eorgius) tiniensis. M(atheus) corboensis, ad suam matricem pro tractando de pastorali electione una conuenirent. Tragurienses itaque clerici eis et spalatensi capitulo se conferentes, super clericos de Sibenico de oblationibus consecrationum ecclesiarum conquesti sunt, dicentes eos nullam secum inde habere partem, sed omnes oblationes sue cum eorum episcopo debere esse. Clerici vero de Sibenico dicebant: medietatem earum sibi pertinere, et super hoc sacerdotes ac laicos, qui quando Desa traguriensis episcopus filius Makarelli ecclesias consecrauit, ipsas oblationes tunc per medium diuidere viderunt, testes introducebant. Tragurienses autem clerici similiter quosdam sacerdotes, qui cum idem episcopus ecclesias consecrauit, omnes oblationes tragurinos clericos sibi integre suscipere viderunt, testes introducebant, adicientes et introducentes etiam suum episcopum M. nepotem iam dicti episcopi, qui cum suo auunculo in consecrationibus ecclesiarum exti-

terant, exinde testem, dicentes eum vidisse tragurinos clericos assueta antiqua consuetudine ipsas oblationes totas sibi cum suo episcopo suscipere, et non eos cum sibenicensibus clericis diuidere. Ipsis itaque (inter se ita) litigantibus et pleniter intellectis eorum rationibus, quia episcopus omnibus testibus maior et utriusque partis dominus erat, eius testificationem suscipiendam, et ab archidiacono tercia manu sua iuramento firmandam, predicti episcopi simul cum capitulo iudicauerunt, et ut super hoc traguriensem episcopum interogaret, corboensem episcopum pristaldum dederunt. Cum autem corboensis traguriensem exinde interrogauit, Traguriensis acceptis utriusque partis manibus, talem inter eos composuit concordiam, ut de oblationibus omnium ecclesiarum de Sibenico et de Campo marine et de Macro episcopus habeat terciam partem, tragurienses clerici terciam partem, et sibenicenses clerici terciam partem, eo tamen tenore quod tragurienses clerici eas colligant et illorum voluntate super eas custodem et diuisorem statuant.

Ego Matheus dei gracia corboensis episcopus huius cause pristaldus, ut firmius hoc habeatur, meo sigillo muniri ac imprimi volui, et Ego Sabatius subdiaconus sancti Domnii canonicus ac communis iuratus notarius precepto episcoporum et totius capituli hoc scripsi et testor.

Od zdola vise dvie pečati, jedna mala iz olova, s obadviuh stranah sa slikom jednoga svetca i jednoga biskupa urešena, sa strane pismo, kako se čini kirilsko, koje se pročitati nemože. Druga veća iz voska pripada krbavskoj biskupiji.

Povelja pisana je na pergameni, sačuvana je dobro, nalazila se u mojoj zbirci poveljah, sada u knjižnici jugosl. akademije.

CCXLVI. 1197. 1. ožujka. U Zadru.

Damjan knez zadarski, sa sudci i vlasteli zadarskimi, dosudjuju samostanu sv. Kuzme i Damjana zemljišta u Jasenicih i Dražanih, darovana mu po Kresimiru kralju hrvatskomu.

De terris de Jaseniza et Drazani.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense marcii, die primo intrante, indiccione quinta decima, Jadre. Regnante domino nostro Hermerico, inuictissimo rege Hungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame, ecclesia vero iadertina proprio pastore carente, et Damiano inclito comite eidem ciuitati principante. Cum nos namque Damianus, dei gratia comes prescriptus Jadre, una cum Petro Damiani, Micha Petrizi et Damiano de Rubbasacco iudicibus, multisque aliis nobilibus, condam in plateis sancti Michaelis resideremus, Petriz, Michael ac Martinus Sluradi et Ziprianus Damiani, propter uxorum suarum, quarum commissarii fuerant, insimul venientes, contra te abbatem Dominicum et contra monasterium sanctorum Cosme et Damiani super terras de Jasseniza et terras Drazani, que inferius terminantur, huiusmodi querimoniam deponebant, dicentes: omnes terras illas ad eorum socerum Bogdanum omnino pertinere et etiam quemdam hominem nominati Bogdani testem inducebant, qui easdem terras possedisse et laborasse testabatur, tu vero prescriptus abbas cum tuo conuentu et aduocato tuo Coscia Gregorii, easdem terras ad vestrum monasterium ex donatione Cresimiri condam regis pertinere

respondebas, et super hec cartam hostendendo et quemdam Mogorouikium, satis vetulum, Mergia nomine, testem producebas, qui etiam pre senectute nimia, proprio priuatus lumine, memoratas terras de loco ad locum terminabat, dicendo, quod vere prescripte terre cum omnibus terminis ac pertinenciis suis non ad alium, quam ad monasterium sancti Johannis de Castello et ad monasterium sanctorum Cosme et Damiani, quod nunc capud est, omnino pertinent. Auditis igitur hinc inde partibus et inspectis monasterii litteris, ac utrisque testibus percontatis, de omnium nostrum communi voluntate per sentenciam iudicauimus, ut unus monachorum vestrorum, litteras quas nobis hostenderas, et testem, quem produxeras, sacramento firmaret, quod dum facere decreuisses, licet idem Petriz et Martinus ac Ciprianus, primo plurimum irascerentur, ad ultimum tamen, nec sacramentum tibi dare voluerunt, sed illud vobis facere penitus remiserunt, (h)ac igitur racione tu prefatus abbas et tuum monasterium causam optinuisti et placitum in propatulo deuicisti, et memorati iuri contrariam sentenciam reportauerunt. Prefatarum autem terrarum termini sunt hii et ita distinguntur: inprimis ab alueo fluuioli siue torrentis Jassenice, ubi est via carri, qui sclauice colnic dicitur, ubi est lapis inmersus in promontorio riui, et ab inde usque ad alium lapidem pro signo positum versus meridiem, ubi est congeries lapidum, et ab inde versus austrum usque ad aceruum lapidum et rupium et ab inde versus meridianam partem usque ad radices ficulneas et usque ad collem sursum ubi via carri habetur, et ab inde recto tramite in curina usque ad alium campum in Draciani et usque ad montes maximos quicquid excoli potest, et ab inde versus austrum usque ad terras sancti Dimitri, ubi lapides immersi sunt, et ab ipsis signis tendendo versus aquilonem usque ad vallem et usque ad Blattam recto calle, ubi certa et aperta signa lapidum posita sunt, et ab inde iterum versus occidentem recto calle iuxta Blattam usque ad prefatum promontorium aluei, ubi lapis inmersus cernitur, et usque sursum ad montes, quicquid infra est in terris et pascuis ac aquis et omnibus que ibi sunt, ad iam dictum monasterium pertinet, sicut ex ostensione prenotati Mergeri et plurium aliorum accepimus, quas etiam et qui(dem) tanto pluries circumcinximus; et hoc memoriale scriptum per nostri notarii manus fieri iussimus perpetuo permansurum. Et ego Blasius, sancte Anastasie diaconus et iadertine curie ac ciuitatis notarius, iussu prescripti comitis et iudicis ceterorumque nobilium hanc iudicii cartam, ut audiui, scripsi, roboraui et signo consueto signaui ac bulla principali impressi.

Polichorion. U arkivu gubernija zadarskog.

CCXLVII. 1197. 29. lipnja. U Dubrovniku.

Dubrovačka općina vraća crkvu sv. Marije od Racata samostanu lokrumskomu.

In anno dominice Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo septimo, mensis Junii die sanctorum apostolorum Petri et Pauli. Quod Ragusio actum coram presentia domini comitis Lucari et omnium Ragusinorum, in ecclesia sancte Marie . . . declaratum. Dum abbas Stancius lacromonensis monasterii in ipsa matre missam celebrabat, et facto silentio antequam euangelium pronuntiare . . . querenti ad comitem et omnem populum de ecclesia sancte Marie de Razata, quomodo . . . memorie comes Sauigna (Gundula) sumptibus suis fecerit . . . foret, et quod monasterium Lacromone scilicet, cum omnibus suis

pertinentiis fuerit habenda et qualiter frater Johannes domini pape capellanus apostolice sedis legatus, videns instrumentum . . . Sauigne scriptum, fecerit excommunicationem contra omnes qui sunt contradicentes, quod etiam scriptum est, — totius populi legentes . . . et spontanea voluntate bono et firmo animo . . . de ipsa ecclesia pertinentia . . . at Lucari, Martinus Grobe, Bogdanus Petri Rose cum filio suo, Johannes . . . Stephanus Sauigne, Petrus Gruanus . . . Caldesci, Radde gener Volcate, Lucari, et quatuor . . . Caldesci nepotes, et Nicolaus Bele donantis, ipsius nepos, pro his . . . veterum testantes idem . . . venerandus abbas loquebatur . . . domini abbatis in manibus ecclesiam sepedictam renuntiantes . . . monasterio sancti Benedicti de Lacromona habendam et possidendam perpetualiter dederunt, ut ibi monasterium haberent . . . dominus comes Sauigna sic . . . statuit et Gauxonus ragusine ecclesie archiepiscopus cum uniuerso capitulo eiusdem ecclesie canonicorum interfuit, et comes Lucarius cum omnibus nobilibus et populo . . . quidem omnium eorum iudicibus. Et ego diaconus Marinus et comunis notarius quia interfui his, scripsi et compleui.

Stari prepis u monastiru fratarah dubrovačkih. gl. Farlati T. VI. str. 69.
U istom rukopisu pod imenom Chronica antichissima dio II. p. 210. stoji povelja ova:

1112 mense Julio indictione 5. Ego Boleslauo Judex. Ecclesiam. s. Martini que in Sumeto esse videtur, olim ab hereticis fundatam atque possessam dei auxilio fretus cum ex nostrorum antecessorum esset haereditas, necessarium duxi auferre ab eis et tradere catholicis et orthodoxis viris — et vocatis ad me monachis s. Benedicti cenobii tradidi illam eis cum omnibus pertinentiis. . . . Et ego A. Abbas Coenobii ss. Martyrum Sergi et Bachi per iussionem D. Regis subscripsi. (Gl. listinu br. XXII.)

CCXLVIII. 1197.

Emeriko kralj hrvatski i ugarski daruje knezu Stjepanu od porodice rimskih Ursinah, gospoštinu Vodice u Hrvatskoj.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Henricus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Croatie, Rame, Seruieque rex in perpetuum. Quum testante scripture pagina, labilis est memoria et rerum turbe non sufficit, insuper id, quod memorialiter tenetur, citius dilabitur, nisi scripture testimonio roboretur; necesse est ut ad ea, que humanis apta sunt usibus, indiciis fulciantur litteralibus. Proinde ad uniuersorum volumus peruenire notitiam, quod cum illustris pater noster rex Bela, in ducatu Sclauonie, quemdam nobilem de Teutonia, nomine Albertum de Michouo, habuerit commetaneum, cuius terra a latere ducatus Sclauonie, iuxta Podgoriam et Goritiam esset sita; idem Albertus confinia ipsius patris nostri potenter inuadendo, quam plures homines neci tradere, captos abducere, bona quoque recipere eorum, et possessiones regias omnino igne vastare consueuerat. Dum eiusmodi grauissima et contumeliosissima acta, populique miserrima aflictio ipsius patris nostri auribus inconuissent, nos videlicet filium suum, una cum duodecim regni sui potentioribus magnatibus, in manu potenti, ad deuastandum dominium proteruiamque eiusdem Alberti comprimendam delegauerat. Interimque nondum nobis ad prosequendum ipsum paternum mandatum iter dirigentibus, quidam patris nostri

fidelis, nobilis, magnanimus, nomine Stephanus Nicolai filius, quem ortum de genealogia Ursinorum comitum ac senatorum urbis romane, de vico lateranensi a partibus transmarinis, reuera agnouimus fore, et propter quandam seditionem et tumultum inter ipsos comites et senatores urbis romane suscitatas exiuisse, et ad magnificum virum dominum Hermanum de Goritia, in partibus Karinthie existentem venisse, ac filiam suam ritu legitimo matrimoniali in uxorem sibi duxisse. Hic comes Stephanus, attendens et considerans tribulationes et contumelias atque oppressiones gentium antedicti ducatus Sclauonie graues, sperans quoque se posse ipsis opem consolationis ferre, atque eis in huiusmodi iugo et oppressione miserabili patrocinari valere, ipsi quoque patri nostro et nobis, totique regno notabile, atque supreme acceptabile obsequium seruitutis impendere; missis itaque fidelibus ambassiatis suis, ab eodem patre nostro circa huiusmodi oneris assumtionem, seruitiique exsecutionem, licentie et admissionis facultatem impetrare. Qua sibi exinde adhibita, idem comes Stephanus non post multorum decursum dierum, una cum non modica suorum phalangariorum (?) armatorum familiarium, terram annotati Alberti potenter animoseque inuadens, et ipso similiter cum suis sibi occurente, inter partes utrasque dure diutius certaminis conflictu seruato, ubi quatuor ipsius Stephani nobiles, viri sibi in linea consanguineitatis proximi, et septem strenui milites sui per lineam similiter proximitatis attinentes, occubuere, ipseque in suo corpore non pauca suscepit vulnera grauia, ad ultimum vero ipsi Alberto fortuna nouercante, ut cunctis iam bonis tam suis, quam incolarum suorum destitutus, ac antefato Michoua, nec non dominio et possessionibus penitus in fauillam redactis, per ipsum comitem Stephanum in certamine campestri prepotentis dei virtute omnibus fere elisis et deuictis, ad id et in tantum, ut quosdam ex eisdem dira nece consumptos, alios autem captiuitati traditos, reliquos vero aufugatos fore, experimento veritatis perhibente nouimus. His equidem sic feliciter ad ipsius domini et patris nostri decus, regnisque suis fructuosum profectum, et tranquilli status quietem in effectum deductis, eundem nihilominus Albertum, alias indomabili corde tumescentem, iamque permollitum et precipitem ad pedes ipsius domini et patris nostri collapsurum, et ab eodem misericordiam et veniam de commissis imploraturum, atque ad prestandum corporale iuramentum, ne amplius regnum patris nostri hostiliter insultaret, damna et impressiones inferri facere deberet, quin imo eidem et nobis fidelia semper seruitia cum subiectione et obedientia debita, impendere teneretur, per suam probitatis industriam et virtuose militie laudanda opera, licet inuitum compellere fecit. Plura namque et multifaria gesta preclara sincere fidelitatis accensus zelo, seruitiorum acceptabilia obsequia, que presentibus tediosum fuit propagare, tamen memorialiter in nobis recondita vehuntur, per eundem sepedicto domino et patri nostro atque nobis exhibuisse meminimus Respectu quorum idem pie memorie pater noster, insigni specialis dilectionis, quam in cordis sui arcano gestans in ipsum Stephanum comitem finxerat, animadnertensque ipsum de originali et generosa urbis romane senatorum genealogia surrexisse, et tam virtutis innumeris gestis, claraque fidelitate et industria ac laudabili strenuitate insignitum fore; de prelatorum et baronum communicati consilii prouida deliberatione, ipsi comiti Stephano arma seu insignia sua regalia, vigore sui iuramenti presentibus nobis de eisdem prelatis et baronibus, et quamdam terram Vodiza vocatam in partibus inferioribus Sclauonie in contiguitate districtus Zane et Dubica existentem, libero et iusto ordine ad nos et neminem alterum pertinentem, nec non et arma seu insignia sua regalia dare et conficere policitus extitisset; medio denique nondum

huiusmodi donariorum per eundem dominum et patrem nostrum ad conclusionem perfectionis mancipatorum, supremo iudice imperante, idem dominus ac pater noster ad mortem egrotans, agnoscensque finem suorum concludere debere dierum, aduertens, ne propter ipsius sue sponsionis imperfectionem, anime subiret detrimentum, nobis sub pena anatematis in suo firmo dedit precepto, ut huius voti sui operam adhiberemus finalem. Cuius igitur mandata ex debito votiue cupiens obsequere, predicto comiti Stephano, suisque heredibus, dictam terram Vodiza mediantibus aliis litteris nostris, aurea bulla in pendenti autentico consignatis, arma etiam seu insignia ipsius domini et patris nostri et nostra, scutum et desuper galeam, de summitate ipsius galee leonis anteriorem medietatem, cum pedibus anterioribus, ungula aurea rapacia, ac coronam auream in capite gestantem, banderium etiam, quemadmodum per singula ipsa arma, et banderium superius tenore presentium appropriatiue pictura denotat lucide, et deliberatione sana eorumdem prelatorum et baronum de maturo consilio, auctoritate et plena potestate regia dedimus et conferimus, damusque et donamus. Ita ut ipsa arma et insignia nostra, nec non banderium, ipse comes Stephanus et tota eius posteritas, semper et ubique ac in omni exercitio militari gestare et deferri liberaliter ac eisdem uti et gaudere valeant, atque possint in perpetuum. Presentes eidem comiti Stephano concessimus in appensione dupplicis (sigilli) nostri roboratas. Datum per manus venerabilis domini Petri albensis prepositi aule nostre cancellarii, anno ab incarnatione domini MCIIIC. regni nostri primo.

Pray Annales R. Hung. P. I. str. 179. Katona Historia crit. R. H. T. V. str. 142. Codex ms. diplomaticus Verantianus u zbirci Jankovićevoj narodnoga muzeja ugarskoga. Fejér Cod. Dipl. R. H. II. str. 304. Prem da mi se vidi ova listina veoma sumnjiva, i to pogledom na sadržaj i pogledom na slog i način pisanja, kao i poradi izkrivljena imena kancelarova, koj u drugoj listini istogodišnjoj dolazi pod imenom meštra Katapana, te bi se s toga uztvrditi dalo, da je ista listina u kasnije doba izmišljena i napisana, to sam ju ipak ovamo uvrstio, budući da o njezinom sadržaju konačan kritičan sud jošte izreći nemogu.

CCXLIX. 1197. 15. prosinca. U Zadru.

Pavao sin Petra od Ljube, prodaje samostanu sv. Kuzme i Damjana svoje zemljište u Rogovčici.

Anno dominice incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense decembri, die XV intrante, indiccione prima, (XV) Jadre. Regnante domino nostro Henrico, rege inuictissimo, ecclesia vero iadertina proprio pastore carente, et Damiano inclito comite eidem ciuitati presidente. Quicquid venditur vel conceditur, necesse habet vinculo (scripture) anodari, ac per hoc ego, sic dictus Paulus, filius Petri de Liube, fateor per hoc presens scriptum, quod vendidi monasterio sanctorum Cosme et Damiani, te Dominico existente abbate, totam terram meam, meorumque progenitorum, positam in loco, qui Rogouskiza nuncupatur, cum omnibus terminis et posssessionibus seu pertinenciis suis, secundum quod eam tibi et tuis fratribus circundando demonstraui de termino ad terminum et de loco ad locum, pro centum modiis tritici et pro decem de fabis desuper a te plene susceptis. Quare volo et presenti scripto stabilio, ut iam dictam terram, que ita distinguitur a capite austri: In primis a colle, qui manet super easdem terras et est

petrosus prope viam, que venit a Belgrado, que colnic sclauice dicitur, in oblicum versus settemtrionem recto tramite sicut vadit vena saxi, qua eadem terra fere ex aquilonali parte circumcingitur, usque ad terras sanctorum Cosme et Damiani, ubi vinee nunc plantantur, deinde sursum recta linea versus Curinam usque ad terras que dicuntur filiorum Medie monace, et ab australi capite prescriptarum terrarum usque ad collem prescriptum, et iterum iuxta collem eundo versus austrum, quousque veniatur ad priorem terminum prenotatum, quicquid inter habetur, vos prefatus abbas et fratres et iam dictum coenobium habeatis et iure hereditario possideatis, vestrisque posteris in perpetuum dimittatis, et ex eadem terra et eius pertinenciis quicquid vobis placuerit faciatis in eternum, nemine resistente. Polliceor etiam eam ab omnibus expedire et vobis expeditam et discalumpnatam semper dimittere coram his testibus: in presencia Damiani incliti comitis, Grubesce et Laurencii de Joseph, testium, ac Cosce Gregorii et Damiani Scide subdiaconi; et ego Blasius sancte Anastasie diaconus et iadrensis notarius, a prefato Paulo rogatus, hanc vendicionis cartam, ut audiui, scripsi et roboraui et signo consueto signaui.

Polichorion. U arkivu gub. zad.

CCL. 1198. 29. siečnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže Andriji vojvodi ciele Slavonije, da ide s krstonosci u svetu zemlju.

Nobili viro A(ndree) duci, de prosecutione voti regis Ungarie patris sui defuncti.

Licet uniuersis liberum sit arbitrium in vouendo, nec necessitas in votis locum habeat, sed voluntas, usque adeo tamen solutio necessaria est per votum, ut sine proprio salutis dispendio alicui resilire non liceat ab his, que sponte ac solenniter repromisit. Accepimus siquidem, quod cum inclite recordationis B(ela) quondam rex Ungarie, pater tuus, cum agerat in extremis, et de sua penitus conualescentia desperaret, votum, quod vouerat domino, hierosolomitanam prouinciam in forti manu et brachio extento, corde tamen humili et humiliato spiritu, visitare, sub interminatione paterne maledictionis commiserit tue fidei excquendum. Et tu intellecta pia voluntate parentis, assumpto crucis signaculo, te id implecturum, sine dilatione qualibet promisisse. Verum eodem patre tuo sublato de medio, quum hyerosolomitanum iter te accipere simulasses, assumte tamen peregrinationis oblitus, quam contra inimicos crucis dirigere debueras, in fratrem tuum et regnum Ungarie conuertisti aciem bellatorum, et multa contra serenitatem regiam, malignorum usus consilio, commisisti. Nos autem quos diebus istis ad pontificatus officium, licet immeritos, dominus euocauit, tam paci regni Ungarie, quam tue volentes saluti consulere, nobilitatem tuam rogamus, monemus et exhortamur in domino, ac per apostolica tibi scripta precipiendo mandamus, quatenus postpositis ceteris sollicitudinibus, usque ad festum exaltationis sancte crucis proxime venturum, debitum accepte crucis exsoluens, propositum iter arripias et humiliter prosequaris, ne, si onus tibi a patre iniunctum, et a te sponte susceptum, occasione qualibet detrectaris, paterna te reddas successione indignum, et hereditatis emolumento priueris, cuius recusaueris onera supportare. Sciturus ex tunc, anathematis te vinculo subiacere, et iure, quod tibi, si dictus

rex sine prole decederet, in regno Ungarie competebat ordine geniture, priuandum, et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum apellatione postposita deuoluendum. Datum Laterani IV. kalendas februarii.

Fejér. C. D. r. H. II. 313.

CCLI. 1198. 6. veljače. U Lateranu.

Inocencio III. papa nalaže kaptolu zadarskomu, da se izabrani po svjetovnjacih nadbiskup časti svoje lišiti, te drugi izabrati ima.

Capitulo sancte Anastasie.

Ex illo singulari excellentie priuilegio, quod unigenitus dei filius Jesus Christus principi Petro concessit, et sanctorum patrum postmodum instituta manarunt, ut maiores cause ad sedem apostolicam perferrentur, quatenus, quod super eis deberet statui, circumspecta ipsius responsio declararet. Cum igitur in ecclesia vestra, que sub obedientia sedis apostolice perseuerans, Grecorum hactenus et ritum seruauerit et linguam, per laicalem potentiam, preter vestram auctoritatem et electionem vestram, non tam latinus, quam barbarus sit intrusus, nos de fratrum nostrorum consilio intrusionem ipsam irritam decernentes, ne diutius pastoris solatio vestra careat ecclesia, vobis humiliter postulantibus, secundum statuta canonum et antiquam eiusdem ecclesie consuetudinem, liberam concedimus licentiam eligendi, per apostolica scripta mandantes, qualiter talem vobis in pastorem electione canonica preficiatis, qui non minus prodesse desideret et nouerit, quam preesse. Datum Laterani VIII. idus februarii MCXCVIII.

Farlati Illyr. Sacr. T. V. p. 56.

CCLII. 1198. 22. ožujka.

Vlkoj Klisanin, nećak Krukana, prodaje samostanu sv. Stjepana kod Spljeta njeko zemljište Bada u Kurilu.

(Talijanski prevod).

L' anno di Christo incarnato 1198 nel indictione prima. Al tempo di Grubesca conte, et nel vicariato di Raddo Messagalina, cioe a di 22 del mese di Marzo. Gaudio Abbate del monasterio di san Stefano et Martino Preposto, di comun consenso et conforme volonta di tutti li frati, detto Preposto ha fatto l' infrascritto cambio con Vilcoio di Clissa nepote di Crucana. Perche secondo l' costume della patria gli ha assegnato mezzo . . . di terra alla Bada, luogo detto a Kurillo, et in oltre li ha aggionto 18 Romanati d' oro per total adempimento, et ha ricevuto da lui la metà della Calavagia, che é in Salona sotto 'l molino di Costantino, et vicino al molino che si chiama Fracel, cioè dalla parte d' aquilone dove si dice Cut. Con questa conditione però, che renuntiando detto Vilcoi ad ogni ragione, et attione, che haveva sopra di quella, da il gius

patronato al Monastero, acciò habbi piena auttorità di farne quello, che le piacerà, et se alcuno Schiavone in alcun tempo moverà lite contro quella, detto Vilcoy sii tenuto alla difesa et manutentione. Ma se alcuno Spalatino s' opponerà, o moverà lite contro essa, sia tenuto solo per due anni alla difesa, et non più, ma dal Schiavone sia tenuto a defenderla in perpetuo. A questa permuta et compra furono testimoni: Vipano Talmotio, Steca Lapate, Doimo Prestanti, Manzio de Paulo, Doimo Pinosa, Petrona Pezai, Andrea Gugeli, Fosco Gumai, Chivale figliolo di Ugrino.

Nel medesimo giorno, anno et alla presenza di medesimi testimoni, ha comprato l' altra metà della medema Calavagia, che fu de Zobenigo de Calanna et Desa suo figliolo, per prezzo così d' accordo di 17 Romanati. Al quale entrò Pietro Raddo Cassera per la manutentione. Et io Sabatio subdiacono Nodaro, giurato del Commune fui presente et pregato ho scritto.

Documenti di s. Stefano di Spalato. MSS. U knjižnici sv. Marka u Mletcih. MSS. Italiani Cl. V. Cod. LI. str. 34.

CCLIII. 1198. mj. ožujka. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže biskupu i kaptolu trogirskomu, da njekog popa P. odrieši od reda kaludjerskoga, s toga, što se je u velikoj svojoj bolesti dao premamiti da stupi u red kaludjerah.

Innocentius episcopus seruus seruuorum dei. Venerabili fratri . . . episcopo et dilectis filiis capitulo traguriensibus salutem et apostolicam benedictionem. Sicut tenor vestrarum litterarum nobis aperuit, cum P. lator presentium in sacerdotali esset officio constitutus, et tanta rerum temporalium indigentia laboraret, quod nec sibi nec suis progenitoribus seu fratribus in necessitatibus propriis posset aliquatenus prouidere, proprii corporis laboribus et maris periculis multis se non dubitauit exponere, ut de suo labore et acquisitione honesta suam et suorum posset indigentiam releuare. Contigit autem post hec, quod ipse longe a vestra ciuitate consistens, tam graui cepit egritudine laborare, quod extra se positus desperaret de vita presenti, et dum in tali esset articulo constitutus, a quodam simplici monacho indutus fuit habitu monachali, et ad monasterium deportatus. Deinde paucis diebus elapsis, cum iam esset in principio sue conualescentie, deposuit habitum et de licentia eiusdem loci abbatis monasterium dereliquit; et cupiens progenitorum indigentiis subuenire, a vobis suppliciter postulauit, ut posset sicut prius in sacerdotali officio ministrare, et vobiscum pariter conuersari. Quid autem super hiis vobis fuerit faciendum, sacro apostolice sedis oraculo humiliter petitis edoceri. Nos igitur vestre consultationi taliter duximus respondendum, quod licet ista duo inter se repugnantia videantur, ut scilicet quisquam sit extra se positus et de presenti vita desperet, si tamen eo tempore, quo positus extra mentem asseritur, indutus fuit habitu monachali, cum alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, prefatum presbiterum denuntietis ab obseruatione monastici ordinis absolutum, nisi postquam mentis sue factus est compos, voluntate spontanea professionem fecerit monachalem. Datum Laterani (. . . Martii pont. nostri anno primo.)

Theiner Mon. vet. Slav. Merid. I. p. 2.

CCLIV. God. 1198. 31. ožujka.

Andrija vojevoda Dalmacije, Hrvatske i Zahumske, potvrdjuje samostanu ss. Kuzme i Damjana, sav onaj posjed, što mu ga darovaše hrvatski kraljevi Kresimir i Svenimir.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi millesimo centesimo nonagesimo octauo, mense marcii, die ultimo, indiccione prima, Jadre. Ego Andreas tercii Bele regis filius, dei gracia Jadere ac tocius Dalmacie et Chroacie, Chulmeque dux. Cognoscens et firmiter tenens ducatus esse officii ad honorem et exaltationem ecclesiarum totis intendere viribus, et ecclesiastica pro iure suo seruare, augere, ab inuasoribus, potestate sibi data a deo, defendere. Monasterio s. Johannis in finibus Dalmacie sito, in urbe, que quondam dum in suo statu existeret, Alba vocabatur (ac) monasterio sanctorum Cosme et Damiani in insula posito, quod nunc caput est, confirmamus et presentis priuilegii testimonio corroboramus, ut abbas et ratres predicti monasterii integre habeant omnes terras illas, quas olim Cressimir et fSuenimir quondam Chroacie reges, et eorum principes, iam dicto monasterio iure perpetuo tradiderunt, et patruus noster, rex Stephanus illustris memorie, eodem prenotato monasterio confirmauit, sicut in eorum priuilegiis continetur, secundum quantitatem terminorum terrarum illarum, videlicet terram in Rogoua et Virbiza cum aqua molendinaria, et terras de Teno et Gorizza, ac ceteras terras, quas in diuersis locis per Chroaciam sepedictum monasterium obtinet. Statuentes presenti edicto, si illud (aliquis) infringere attemptauerit et fratribus illis de predictis terris diminucionem vel molestiam aliquam facere voluerit, diuine ire (iudicium) incurrat, et nostram se sentiat ledere maiestatem, ac regali iudicio nostro subiaceat. Preterea ob peccatorum nostrorum remissionem, sicut idem rex Stephanus fecit, concedimus ut quoscunque hospites, ad inhabitandas terras illas de quibuscunque locis adducere poterint, a nemine nisi ab abbate et fratribus et eorum prepositis iudicentur, ad neminem cum sigillo vel homine determinati ire cogantur. Si autem eis aliquis vim intulerit aliquam, predicte sentencie subiaceat. Factum est autem Jadere istud in communi presencia principum nostrorum: Nicolay iadertini archielecti, Andree bani, Macarii comitis, Damiani comitis iadertini. Josephi comitis, Grubessce spalatensis comitis, Dedomiri sanensis comitis, Slauogosti corbauiensis comitis, ac Bemi? comitis. Coram quibus et multis aliis cuncta ipsorum priuilegia nostra auctoritate firmauimus, et nostro sigillo inprimi iussimus perpetuo valitura.

Datum per manus Petri prepositi aule ducis cancellarii. Anno dominice incarnacionis M. C. nonagesimo VIII. die ultimo marcii consignata, indiccione prima feliciter.

Izvor na koži u arkivu gub. u Zadru. Acta sv. Kuzme i Damjana na Rogovi. Fasc. VII. br. 78.

CCLV. 1198. 9. travnja. U Dubrovniku.

Viećnici dubrovački, dosudjuju samostanu lokrumskomu crkvu sv. Marije od Racata.

In nomine Jhesu Christi veri dei eterni, anno eiusdem incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octauo mensis apriliis, nono die astante. Quod in curia Raguseorum residentibus consulibus subscriptis et populo terre hic veram habet descriptionem, domnus abbas Stanzius lacromensis monasterii, filios Slabbe Luccari et Rosinum Sauine

per curiam vocatos, sic eos cepit alloqui, dicens: Ecce fratres hoc anno domnus Joannes domni pape capellanus, apostolice sedis legatus, videus instrumenta aui nostri comitis Sauine digne memorie, quod ecclesiam sancte Marie de Razato sumptibus suis fecerit ut monasterium foret, et nostro monasterio deueniret, per nostros assignatam consanguineos, ipse scriptum excommunicationis fecit: si aliqua ecclesiastica vel secularis persona hoc contrairet, anatematis (sic) subiaceret. Quod etiam scriptum ut in ecclesia sancte Marie die sanctorum Petri et Pauli missam ego celebrando peregi, feci astante capitulo ragusino, comite Luccaro cum populo, omnes nostri consanguinei de ecclesia pertinentes absque nos hoc verum esse testimonium dantes, ut scriptum iude habeo, nostro monasterio perpetualiter habenda et possidenda nostris manibus tradiderunt. Vos qui contra animas vestras contradicitis et peccatum inde vobis acquiritis, et ne videatur vobis a me aliquid fore iniustum, ante presenciam domini mei archiepiscopi, vel capituli nostri, siue in tota Dalmatia, antequam desideratis ecclesiasticam curiam, siue ante presentiam domini pape, paratus sum vobis inde rationem facere sicut nobilibus viris et in Christo filiis et fratribus dilectis, siue ante communes laicos nostre curie, vel qualibet ciuitate Dalmatinorum, et cum sepe et sepius ab abbate colloquerentur, et ipsi nulla ratione iustitiam velle respondentibus; consules videntes tantam illorum duritiam et amentiam secundo et tertio corriggentes eos, inspecta quidem iustitia per iudicium abbatem ratione monasterii per curiales homines in ecclesia sancte Marie cum omnibus suis pertinentiis, cruce posita per monachos, etiam intromiserunt possidendam et habendam perpetualiter. Hii sunt consules: Vitalis Vulpis, Dobar Bodatre, Vali Vite, Vitus Lamprii, Dersimyrus comitis Petri, Simon Stephani, Sauinus Bonde, Laurentius Vinze, Lampridius Zreue, et Johannes Gondole. Quod ego diaconus Marinus et communis notarius, quia interfui, iussione consulum scripsi.

Iz vana.

S. Mariae de Razata. 1198. apprehensio corporalis possessionis per patrem abbatem Stantium et monachos Ecclesie sancte Marie de Razata, cum omnibus suis pertinentiis, per dominos consules comunis Ragusii. Fasciculus I. n. 4. Capsula 76.

Izvornik na pergameni pisan, čuva se u pismohrani monastira benediktinskog, na brdu Monte Cassino u kraljevini napuljskoj.

CCLVI. 1198. 6. svibnja. U Zadru.

Andrija vojvoda hrvatski, iza slavne pobjede nad Zahumljani i Srbi, dopituje samostanu sv. Krševana u Zadru, selo Suhovare, kojega mu bješe njeki oteli.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octauo, die sexto astante mense maio, indictione prima. Post felicem et gloriosissimum victoriose dominationis illustrissimi Andree, tercii regis Bele filii, triumphum, quem sibi omnipotens ducatus sui protector et auctor, de Dalmatia et Chroatia magnifice conferre est dignatus, atque post habitam tam Chulme quam Rasse laudabilem victoriam, cum ad iadertinam ciuitatem victor rediret, ducatus sui iura disponens, iusta confirmans et iniusta ac violenter ablata restaurans, et secundum sue magnifice voluntatis altitudinem cuncta dispo-

neret et ordinaret, Vincentius abbas sancti Crisogoni de Jadera, ad ipsius mansuetudinis excellentiam accedens, humiliter et constanter rogauit, ut solius dei intuitu et ipsius sancti martiris meritis de predio ad locum, qui Suchouara dicitur, quod a quibusdam pseudo christianis falso iuuasum fuerat, rationem et iusticiam impendere dignaretur. Verum quia ipsum ad decernendam super populum suum iusticiam dominus constituit cum in planicie secus castrum Ostrouize esset castrametatus, predicti abbatis verba benigne audiens, ac priuilegium ipsius monasterii affectuose considerans, pariter et intelligens, presentibus etiam Maldenario iadrensi, et Tolenio Caciclo ipsius predii inuasores, cum ad Crupam deuenisset, Andree egregii bani et suorum procerum habito consilio, memoratum predium cum omnibus suis pertinentiis sancto monasterio per finitiuam sentenciam adiudicauit et confirmauit, michi quoque Paulo comiti, iudici Iadertinorum et Sclauorum, nec non et Pribinie, filio Gurize, firmiter precepit, ut pristaldico more auctoritate ducali in prescripti predii possessione, quod Suchouarra dicitur, poneremus et institueremus, quod volente domino deo felicissime est paratum. Omnibus siquidem his tam prudenter quam legaliter consumatis, ad perhennem memoriam conseruandam, ego iam dictus Paulus comes, vice mea, Miroslaum, filium Rufini, qui cum subscriptis ad ipsius predii inuestitionem et circumuolutionem, que in sclauonico sauod dicitur, presens erat, super hanc sententiam pristaldum locaui et ordinaui, in presentia domni Nicolai, iaderiensis archielecti, Luce de Cecre et Grisogoni presbiterorum, Grubesche de Joseph, Boricii Michalis, Hesernicii Pauli, Petri Lube, Miche de Bitizo, Vitaze Petrizi, Lube Drascinnie, et Marci nepotis Zeze, Mathei Zorobabel, Tempestatis, Miche Beue, Nicolai Cotopanie, Madii Martini, Bergulli, Georgii Bogdani, Nicolai Camasii surdi, et Duymi de Madio muti. Ego Matheus s. Anastasie subdiaconus et preceptor memorati Nicolaii archielecti, hoc memoriale ut audiui scripsi et testor.

Matica na koži. U zadar. gubεr. ark. Rottolo E. Capsula XIV. nr. 6. Lucić i Farlati priobčiše samo početak listine.

CCLVII. 1198. 11. svibnja.

Andrija vojvoda Dalmacije, Hrvatske i Humske, dozvoljuje Dominiku biskupu zagrebačkomu, da biskupskim podanikom nitko drugi nesudi, nego biskup i njegovi sudci.

Andreas dei gracia Dalmacie, Croacie, Hulmeque dux, secundi [1] Bele regis filius, venerabili in Christo patri Dominico, eadem gracia episcopo zagrabiensi (salutem) in perpetuum. Justis petencium desideriis nos facile prebere decet assensum, et ea, que a racionis tramite non exorbitant, effectu prosequente complere. Justis igitur postulacionibus tuis grato concurrentes assensu, hanc populo tuo et ecclesie zagrabiensi conferimus libertatem, et sigilli nostri munimine confirmamus et roboramus, tam Hungaris, quam Latinis seu Sclauis, ut si quis aliquem de populo tuo et ecclesie predicte in causam trahere voluerit, sub te vel sub iudicibus a te constitutis, eum debeat conuenire; nec aliquis de iam dicto populo tuo et ecclesie sub alio iudice teneatur alicui respondere. Quod si tu vel iudices iusticiam nolueritis exhibere, et aliquis iudices tuos propter hoc

[1] Pogriešno, miesto: tertii.

voluerit conuenire, tunc pro homine vel hominibus tuis sub bano nostro, vel sub nostra clemencia iudex ille, qui iusticiam noluit facere, respondebit. Actum est hoc anno dominice incarnacionis MCLXXXXVIII. die lune V idus maii, indiccione prima, epacta XI. concurrente III. Andrea bano existente, Fulcone comite budrugiensi. Crazone comite guarastiensi. Datum per manus Belesini filii Cornelii comitis.

Stari prepis u arkivu nadbisk. zagr. Liber Priv. str. 6. Tkalčić, Spomenici I. 7.

CCLVIII. 1198. 5. svibnja.

Namjestnik dužde mletačkoga nagadja razmirice medju knezom krčkim Bartulom i stanovničtvom otoka Krka.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno domini millessimo centesimo nonagesimo octauo, mensis madii, indiccione prima, die quinto. Testificamus nos quidem Rogerius Mauroceno arbensis comes, et Thomas Longo habitator in confinio sancte Marie Formose, quod quodam retro tempore, scilicet percurrente anno domini millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense iulio, indictione quintadecima, nos eramus in insula Vegle ante presentiam Boni filii Dondi de confinio sancte Marine legatus domini nostri Henrici Danduli et comunis Veneciarum, quando ipse legatus vocauit ante se Bartolomeum, veglensem comitem nuper defunctum, et Veglisanos, et ostendit eis litteras scriptas Veglisanis per dominum ducem et consiliarios eius, in quibus inter alia continebatur, quod idem Bonus filius Dondi deberet facere eis racionem, et quicquid inde faceret, predictus dominus dux et consiliarii eius ratum haberent. Ad hec predictus Bonus filius Dondi dixit eis: quod paratus erat complere et facere totum, quod ei ab illustrissimo domino duce et eius consiliariis iniunctum erat. Et dixit: si quis ex vobis aliquid habet ad dicendum, dicat. Et illustris comes Bartholomeus surrexit et reclamauit se de suprascriptis Veglisanis dicens, quod ipsi non persoluerant ei collectam de illo presenti anno, quam Rogerius Permarinus et Johannes Maurocenus capetanei exercitus Venecie illi dare consueuerant. Et eciam proclamauit se de suprascriptis Veglisanis, de bannis et aliis foris factis, et de hoc, quod ipsi fecerant contra statutum suprascriptorum capitaneorum et contra consuetudinem illius terre. Et volebat suprascriptus comes Bartholomeus, super dictis omnibus habere racionem. Et illustris Bonus filius Dondi dixit eisdem Veglisanis: quid dicitis? respondete comiti; et ipsi pecierunt induciam. Et sepedictus comes Bartholomeus dixit, quod iamdictus legatus non debebat eis dare induciam. Et illustris Bonus filius Dondi dixit, quod sibi videbatur dare eis induciam; et dedit eis induciam ad eorum voluntates. Et tunc precepit eisdem Veglisanis, ut ad constitutam diem, scilicet de inducia, quam ipsi pecierant, fuissent ante eum, faciendum racionem iam dicto comiti Bartholomeo. Qui ad predictum diem non venerunt. Et ex quo ipsi non venerunt, ut dictum est, predictus comes Bartholomeus dixit predicto legato, ut adiudicaret eos sibi secundum morem illius terre. Et illustris Bonus filius Dondi dixit, quod non videbatur illi tunc iudicare eos, imo volebat iterum eos vocare. Iterum illustris legatus per suum nuncium fecit vocare iam dictos Veglisanos, ut venirent ante se faciendum racionem illustrissimo comiti; qui ad constitutam diem venire contempserunt. Et ex quo ad constitutam diem non venerunt, vocati semel, vocati iterum, vocati tercio, predictus Bartholomeus comes lamentare se cepit de illustrissimo legato. Et sepe dictus legatus dixit illustrissimo co-

miti Bartholomeo: si habes aliquid ad dicendum, dic. Et ipse comes Bartholomeus omnia per ordinem, que supra, dixerat. Et illustrissimus Bonus filius Dondi fecit venire ante se ordinatos illius terre, et constrinxit eos per sacramentum, ut veritatem supra has prenominatas questiones tractarent bona fide sine fraude, quod eis rectum videretur dicerent, et veritatem inde dicerent et manifestarent. Qui per districtum sacramenti manifestauerunt, quod supra scripti Veglisani non persoluerunt illam collectam de illo anno, quam illis comes Bartholomeus pecierat; et de bannis et aliis foris factis, de quibus illos comes Bartholomeus calumpniabat, predicti Veglisani eidem comiti racionem non fecerant. His et aliis visis et auditis, illustrissimus comes Bartholomeus dixit illustrissimo legato: non cognoscitis veritatem ex toto; dicite quicquid vultis. Et illustrissimus Bonus filius Dondi. habito consilio prudentum, per virtutem et potestatem, quam habebat ab illustrissimo domino nostro duce et consiliariis eius, sicut ostenderat, ut supra continetur, condempnauit seu adiudicauit Veglisanos sepedicto comiti Bartholomeo tam de illa collecta, quam de bannis et aliis foris factis secundum consuetudinem illius terre. Condempnati seu adiudicati fuerunt domnicellus Drasellus filius Menco de Drasi, Johannes . . . . . de Leo, Constantinus de Casera, Leo de Drasi et filia eius Sclava, Strasia de Spador, mulier de Strecha, Johannes de Zupana, Leo de Onemo, Christoforus cum filiis eius . . . et Menco, Quirinus gener de Paulo Sudi, Symon de Marina, Ruba Sacco, mulier Ninca de Drasi, Petrus de Sudi cum eius fratribus, filius de Paulo . . . Petrus de Duimo, filius Piscadri et eius soror Maria, Constantinus de Slauga et frater eius Sdavo, Binna de Stoi, Andrea de Mamma, Johannes de Alberto, Johannes de Andrea de Manno, Arifino Sauarisius, Vulcinna et mater eius, Andrea Permanno et frater eius Johannes, Mena de Stasia, Madius filius Boricii, Vulcinna filius Marco de Sparaueri, Barba de Matelda, sororius de Anselmo, Nichola de Madio, Cerne Radosti, Mencagna de Barba et filia eius Dobra Risso, Johannes de Chreni, Petrus Acius de Marino, Madius gener Lampredii, Radiz Draginno, Bunna de Dabro, Denna soror de Brauo, Dobri de Simon, Bellus gener Risini, Benedocco et mater eius Domza, Dabrosa de Dabro et filia eius Matrona, Drosia, filia de Grossa, Natta de Auso, mulier de Sclava, Berco Stracogna, Girardus, Grubo de Kerzo et filius eius, Boncius de Morta, filius de Matafarro, mater de Murisuno, Pletto, Johannes de Jordano, Sergia de Schera, Utala et filia eius Vera, matrona de Troticio, filiaster de Zappo, Andrea Dogircina, Sirus, mulier de Andrea de Guro, filii de Nata, Bia Delza, filius de Zernouelio, filius Zerni, Johannes de Trellata, Piza de Dresle, Cossula, Grampiza, mulier Tecuni, Necotana, filius Boricii de Greca, Crassio, Bona de Belauso, filius de Grigoro de Manduca, Vacca, filius de Ninco Deleo, filius de Visugna, Maria Deleo de Miragamba, Dessi Niga, Stasia de Siccio, filius de Uga, Gruba de Trecto, Johannes de Zanochi, mulier de Rastella, Mari, Visa, Pinataro, filia de Richelda, Murca, Sarracenus, Habraham, Raddi de Drasi et filius eius, filia de Burdasclo, Miraza, Bonfazo, Martinus de Criva, Corad, Andreas de Salaza, Belgi, Maria Assalaza, Johannes de Viusa, Guffulinus, Vera de Vescla, filius de Pizina, Manacca, Grigurino, Marinus de Kerzo, Andreas de Kerzo, Stasia de Umcento, Petrus de Ardis diacono, Franzucco, Fusca de Auso, Stosi de Glitana Spento, Seruus de Foriporta, Viuso, Menco de Stosi, Maiolo filius presbiteri Johannis, Vera de Sergi, Mazza de Dessa, Cindriuo, Crasna de Petroua, Lisisleo filio de Marino de Preuocca, Mazo de Visa, mulier de Johanne de Sechira, Viatro, Grassi de Bosazo, Piza de Zampa, Demuiada, Georgius de Siclo, Bonamirus de Srallo, Johannes de Sera, Massicca, Nichola de Pulzo, filius de Dabraza

mulier de Batoca, filia de Lasana, Georgius de Saraceno, Maluasius, Petranna de Scutauino, Stossi de Arui, Galdius de Depez, Maza, filia de Brataco, Madius de Cabernazo Dulci, mulier Demica de Suari, Nichola de Snega, Menco de Zanni, Skelfo, mulier de Za . . . ., Johannes de Segna, mulier de Marnechi, Priba mulier de Radouano, Maricca de presbitero Russo, filia de Rinaldi et mater eius, Gener de Masicca, Leo de Miracamba, filia de Nemagna de Gambostorto, filius de Mazucco, filia de Johanne de Gerudo, mulier de Tecca Delanno, Menco de Longo . . . . Azula, filius Johannis de Stoi, Johannes de Kesna, Marinolo, Drago de Cressa, Andreas de Zauino, Dux et filius eius, filia de Kenna, Barba de Cucuuaia, Licca, Maria filia Ciazulini, Sia de Nincagna, Bonito de Bala, Fusclo de Zeuna, Petrazo de Comor, Calcina de Cacallo, Ciprianus, Sorcinus, Bratizolo et Soceracius, Menco de Habraham, Johannes de Scaranato, Gunbertinus, Cosmas de Kylliessa, Maria de Decca, Bia de Kilessa, filia de Zucca, filius de Paulo de Marine, Sarocca, Petrauula de Cauallinno, Verella de Tacnos, Sistina et soror eius, mulier de Barba Girgi, filia de Penzo, Guanara, Grossa filia de Negula, Andrea de Orua et pater eius, filius de Marzuro, mulier de Gibulo, filia de Genua, de Frangipano Creve, filius de Vicha, Tunella de Zampa, Leo Vardellus, Radda, Sergia de Vitrano, Tolli de Budino, Bia de Marguro, Urania, Zanello de . . . . . Damigna fornarius, Vera de Opor, Johannes de Berta, mulier de Chicli, mulier de Andrea de Pitrigna, mulier de Mini, Menca de Dari, Fuscla de Corbo, Habraham filius . . . de Scar . . . . Biazola filia de Pidruto, Buna de Nerad, Bolca de Stisanel, Stephanus de Manduca Vacca, filius de Ponca, Daga Budala, Jacobus pelizaro, Petrus de Zarara, filia de Pizula, Gretta de Vinca, filius Rodulfi, Bona de Guidon, Nabrus, Simon de Gereiua, Radda, Mia de Constrato, Georgius de Burgulina, mulier de Filusani, Bia de Sergia, Petrus de Pauno, Quirina, Moricca de Johanne de Barba, Bauchyna mulier de Johanne de Barba, Nanni, mulier de filio Auclini, filia de Perfold, filius de Signe, Sia de Durata, Dumnanna de Criuello, Bonicius de Zopi, Menco filius Johannis Trotici, Leogna de Drasi, domnicellus Christoforus, Petrus de Pauno, Grubo de Kerzo. Hoc per testimonium dicimus domini illustrissimi Rogerii Mauroceni arbensis comitis, qui (propter) festinacionem itineris scribere non potuit, pro se scribere et hoc rogauit. Sigillum suprascripti Thome Longo, qui hoc rogauit. Sigillum illustrissimi Boni filii Dondi legati illustrissimi domini ducis, qui pro se scribere rogauit. † Ego Jacobus Basilio testis subscripsi. † Ego Frebeza da Molino testis subscripsi. Andreas presbiter plebanus sancti Johannis euangeliste et notarius compleui et roboraui.

Izvornik na pergameni, u mlet. arkivu dei Frari br. 1335, gl. Ljubić, Listine I. 16.

CCLIX. 1198. 16. svibnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, zabranjuje Andriji vojvodi hrvatskomu, podići vojsku na svoga brata i kralja, pod kaznom crkvenog izobćenja.

Nobili viro A(ndree) duci. Ea semper ecclesie romane regnum Hungarie devotio counivit, illa semper dilectionis sinceritas ecclesiam eidem regno coniunxit, ut apostolica sedes regno ipsi, tam in spiritualibus quam temporalibus paterne sollicitudinis affectum curauerit impertiri, et regnum ipsum a fide ac unitate sedis apostolice nulla recesserit tempestate. Inter ceteros autem, qui eidem regno diuersis temporibus prefuerunt, illustris

recordationis B(ela) quondam pater tuus, ecclesie romane deuotior extitit, et se ac regnum suum, in illius necessitatis articulo exponere nullatenus formidauit, quo tumescentibus schismaticorum cordibus, nostri piscatoris nauicula tumultuosis fluctibus iactabatur. Unde nos et predecessores nostros tanto amplius ad idem regnum seruandum in statu felicitatis antique affectus hominis interioris induxit, quanto feruorem fidei et sinceritatis constantiam eiusdem patris tui in maiori necessitate probauimus, nec maculam inuenimus in eo aliquam, neque rugam. Hoc igitur attendentes, ad honorem charissimi in Christo filii nostri H(emerici) Hungarie regis illustris, ac tuum, et reformandam inter vos plene pacis concordiam, et conseruandam inuiolabiliter reformatam, tanto amplius adspiramus, quanto utrumque vestrum dicti patris tui obtentu, sincerius diligimus, et regem ipsum ratione primogeniture ac regni sui, tui iuris dispendio intendimus precipue honorare. Ut igitur maneat inter vos fraterna dilectio, immo, ut de die in diem potius augeatur, ut tu eidem regi, tamquam precellenti, debitam exhibeas reuerentiam, et honorem, ut ipse tibi tamquam duci a deo misso, deferat, et faciat ab aliis sicut fratri deferri; nobilitatem tuam rogamus, monemus et exhortamur in domino, ac per apostolica scripta tibi mandamus, quatenus taliter de cetero in fidelitate ipsius ac deuotione persistas, ut feruentis ac fidelis seruitii nouitas aboleat offense preterite vetustatem, et sic vos ad inuicem mutuus uniat caritatis affectus, sicut sanguis paternus, et uterus maternus uniuit. Ad hec tibi districtius inhibemus, ne in regem aut regnum arma mouere presumas, vel seditionem aliquam suscitare, ne forsan amici te deserant, si fratrem habueris inimicum, et de fide tua desperare cogantur, si fraterne ac naturalis pacis federa te senserint violare; sciturus, nos venerabilibus fratribus nostris N. strigoniensi, N. colocensi archiepiscopis, et eorum suffraganeis, per apostolica scripta districte precipiendo mandasse, ut si contra memoratum regem arma mouere, vel seditionem excitare presumpseris, te ac tuos, sublato appellationis obstaculo, excommunicationis sententia feriant, et totam terram tuam, et eorum subiiciant interdicto. Datum Laterani XVII. kalendas iunii.

Katona. Hist. cr. R. Hung. T. IV. 481.

CCLX. 1198. 22. prosinca. U Lateranu.

Inocencio III papa, dozvoljuje nadbiskupu kaločkomu, da u samostan Keu (Banski monastir) uvede kanonike reda sv. Augustina, pošto je crne kaludjere sv. Abre, iz doline ebromske, poradi njihova razuzdana života protjerao.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri . . . colocensi archiepiscopo, salutem etc. Quum nobis licet immeritis in apostolice sedis specula consistentibus sit uniuersarum ecclesiarum sollicitudo commissa, de statu illarum sollicitudinem nos conuenit gerere dilligentem, et prouidere attente, ut per fratres et coepiscopos nostros, cum non possimus ubique nostram presentiam corporaliter exhibere, possint in melius reformari. Ex parte tua nostris est auribus intimatum, quod cum bone memorie Andreas antecessor tuus monasterium sancti Stephani prothomartyris, situm in loco qui dicitur Keu, concessisset fratribus sancti Abre de valle Ebron, monachis nigri ordinis, propter dissolutionem suam inde remotis, et iidem fratres sancti Abre bona eius dilapidando et ducendo vitam nimium dissolutam, ipsum deduxissent ad nimiam paupertatem, bone memorie C. papa predecessor noster, et nos etiam tibi dedimus in mandatis, ut restitutioni eiusdem mo-

nasterii prouideres, tuo committentes arbitrio, utrum predicti fratres sancti Abre tolerandi, an monachi nigri essent in ipso monasterio reducendi. Tu vero, sicut accepimus, fratres sancti Abre propter dissolutionem suam inde penitus abiecisti, et nos per petitionem tuam duxisti super prouisione ipsius monasterii requirendos. Ideoque fraternitati tue per presentia scripta mandamus, quatenus si per monachos ecclesiam illam videris reformari non posse, in ipsa ecclesia canonicos institutas regulares, qui secundum regulam beati Augustini deuotum ibi domino famulatum impendant, et per eorum religionem locus ipse in melius tuo faciente studio reformetur. Datum Laterani XI. kal. ianuarii (pontificatus nostri anno primo).

Theiner. Mon. Vet. Slav. merid. I. str. 4.

CCLXI. 1198. 22. prosinca. U Lateranu.

Inocencio III. papa, piše Emeriku kralju hrvatskomu i ugarskomu, neka natjera Slovjene (obreda slovjenskog) stanujuće u okružju nadbiskupije kaločke, da plate desetinu istoj nadbiskupiji.

Innocentius episcopus etc. Carissimo in Christo filio . . . illustri regi Ungarie, salutem etc. Significante venerabili fratre nostro . . . colocensi archiepiscopo, ad audientiam apostolatus nostri noueris peruenisse, quod cum in diocesi sua sint quamplures ville, in quibus Sclavi habitant, archiepiscopo decimas exhibere contempnunt. Quoniam igitur de regia serenitate confidimus et speramus, ut ecclesias et earum ministros diligas, et earum commodis exemplo progenitorum tuorum diligenter intendas, excellentiam tuam rogamus atque monemus per apostolica scripta mandantes, quatenus memoratos Sclauos, ut decimas debitas prefato archiepiscopo sine diminutione persoluant, tradita tibi potestate compellere non omittas. Datum Laterani XI. kal. ianuarii.

Theiner. Mon. vet. Slav. merid. I. str. 4.

CCLXII. 1198. 30. prosinca. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže nadbiskupu kaločkomu i biskupom gomorskomu i zagrebačkomu, neka povedu iztragu proti nadbiskupom zadarskom i spljetskom, koji su tuženi da obće s izobćenim od crkve Andrijom bratom kralja ugarskoga, te ako se tužba obistini, da i rečene nadbiskupe izobće.

Innocentius episcopus etc. venerabilibus fratribus S. colocensi archiepiscopo, V. Geuriensi et D. Zagrabiensi episcopis, salutem etc, Ad nostram noueritis audientiam peruenisse, quod cum omnes communicantes in aliquo A. fratri karissimi in Christo filii nostri Ungarorum regis illustris, qui scilicet vel litteras sibi dirigerent, aut ab eo reciperent destinatas, vel eidem aliquod consilium vel auxilium exhiberent, vel ei in aliquó communicare presumerent, de mandato bone memorie C. pape predecessoris nostri excommunicationis fuerint vinculo innodati, N. et A. post excommunicationem et inhibitionem apostolicam eidem communicare scienter, consilium et auxilium impertiri, et diuina presumpserant etiam celebraro: unde propter hoc in N. iadertinum et A.

spalatinum archiepiscopos, quamuis et illi excommunicationi subiaceant, ab eodem loco remunerationis contra iuris ordinem in regie dignitatis preiudicium sunt promoti. Quia vero tante presumptionis audaciam in iniuriam dei et contemptum sedis apostolice attemptatam impunitam relinquere nec possumus, nec debemus, fraternitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus super premissis inquirentes diligentius veritatem, si rem ita noueritis se habere, prefatos N. et A., eorum electionibus, imo verius intrusionibus penitus irritatis, excommunicatos publice nuntietis, et usque ad condignam satisfactionem faciatis ab omnibus artius euitari, districtius inhibentes, ne quis eis obtentu electionum fidelitatem, obedientiam vel reuerentiam audeat exhibere. Nullis litteris obstantibus, harum mentione non habita, a sede apostolica impetratis. Quod si omnes eis exequendis non potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani III. kal. ianuarii.

Theiner mon. vet. slav. mer. T. I. str. 4. Katona H. Cr. T. IV. 486.

CCLXIII. 1198.

Andrija vojvoda hrvatski, potvrdjuje darovanje crkvah sv. Mojsije i Stjepana u Solinu sa svojimi pristojališći nadbiskupiji spljetskoj.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis, anno ab incarnatione domini MCXCVIII. indictione prima. Ego Andreas dei gratia Dalmatie, Chroatie, Rame, Chulmeque dux, confirmo beato Domnio capellam sancti Moysi et sancti Stephani in Salona, cum omnibus ad eas pertinentibus in perpetuum; quas olim patres nostri, videlicet Geyza rex et Stephanus eidem ecclesie auctoritate regia concesserunt, statuentes scilicet, ut non liceat alicui bano vel principi, seu cuilibet ministrorum nostrorum, hanc nostram confirmationis seriem infringere, vel ei causa temeraria contraire, aut ipsam ecclesiam in aliquo aggrauare, siue eius iura diminuere. Qui autem aliter facere attemptauerit, iratum habeat trinum et unum deum, et nostram indignationem incurrat. Anno domini nostri Jesu Christi MCXCVIII. bano existente Andrea, Georgio tininiensi episcopo, Michaele traguriensi episcopo, Michaele scardonensi episcopo, Mattheo corbauiensi episcopo, Macharia comite, Joseph comite, Bea (Bela?) comite. Hanc nostre confirmationis paginam Petrus ducis cancellarius adnotauit, prestaldo huius rei dato Vratislao filio Vratislai de Zagrabia.

Farlati Illyr. sacr. T. III. str. 228.

CCLXIV. 1198.

Andrija vojvoda hrvatski, stavlja biskupiju hvarsku pod nadbiskupiju spljetsku, pod kojom i prije bijaše.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Anno ab incarnatione domini MCXCVIII. indictione prima. Ego Andreas tertii Bele regis filius, dei gratia Dalmatie, Croatie, Rame, Chulmeque dux in perpetuum. Quoniam ducali serenitati iura et dispo-

sitiones regni sui licet .... et disponere; hinc est quod nos Dalmatiam perambulantes, inuenimus episcopatum pharensem suo pastore vacantem. Ne igitur iuri ecclesiastico in aliquo derogaretur, diligenti inquisitione, cui archiepiscopatui suffraganatus subiaceret, relatione vero Dalmatie episcoporum, et uniuersorum Chroatorum principum percepimus, quod ex antiqua constitutione sub spalatensi archiepiscopatu fuisset. Nos vero relationi eorum attendentes, pretaxatum archiepiscopatum cuidam spalatensi canonico M. contulimus, ac eundem episcopatum spalatensi ecclesie confirmauimus. Huius autem constitutionis pagina testimonio istorum facta est: Andrea bano, comite Macharia, comite Joseph, comite Marco, comite Andronico filio bani, camerario ducis Venceslauo, preposito Gutfredo, Magistro theobaldo. Datum per manus Petri filii Milke ducis aule notario.

Lucius De Regno Dalm. et Croat L. III. Cap. XIII. Farlati III. str. 228. T. IV. str. 245.

CCLXV. Oko god. 1198. U Rimu.

Inocencio III. papa, nalaže nadbiskupu koločkomu, da monastir u Kamenici, što ga bješe utemeljio vojevoda Beluš, iz nova u dobro stanje postavi.

Colocensi archiepiscopo. — Ad audientiam nostram noueris peruenisse, quod inclite recordationis dux Belus olim in archiepiscopatu tuo, in proprio fondo suo, qui appellatur Keu, monasterium in prothomartyris Stephani honore construxit, adeo illud amplis possessionibus, reditibusque ditauit, quod XXX monachi in eo, secundum beati Benedicti regulam domino seruientes, sustentationem sufficienter habebant, et hospites et pauperes ad ipsum monasterium diuertentes, procurationem recipiebant de necessariis competentem; quadringentas etiam marcas argenti, preter cruces et calices, idem nobilis, eidem loco ad ipsius ecclesie concessit ornatum. Quumque post multa tempora predicti fratres suum ibidem impendissent domino famulatum, tandem de voluntate regia, bone memorie A. predecessore tuo, suum in parte prebente consensum, canonicis sancte Abre de valle Ebron idem cenobium est collatum, tali conditione apposita, videlicet, si sedis apostolice moderatio translationem huiusmodi approbaret et duceret sustinendam. Verum dicti canonici, monachis prenominatis exclusis, auctoritate apostolica nullatenus comparente, monasterium ipsum intrarunt, per quorum administrationem inutilem adeo bona eiusdem cenobii dilapidata noscuntur, possessionesque distracte, quod ipsum monasterium propter nimiam paupertatem deserere sunt coacti, vix in eo tribus solum remanentibus; qui cum rubore et verecundia multa in eo, sicut dicitur, commorantur. Quia igitur de ipsius processu negotii nobis plene non constitit, discretioni tue, de qua plene confidimus, ipsius monasterii ordinationem auctoritate presentium commitentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eiusdem cenobii utilitate pensata, solum deum pre oculis habens, quidquid de ipsius institutione, siue de reducendis monachis in monasterium ipsum, seu dimittendis in eo canonicis nominatis secundum deum videris statuendum, auctoritate nostra, sine omni contradictione, et appellatione obstante, instituere non intermittas; ita quod idem monasterium in meliorem statum possit, tua sollicitudine faciente, reduci, et nos quum audierimus, prouidentiam tuam debeamus dignis in domino laudibus commendare. Datum Rome.

Katona. Hist. cr. R. Hung. T. IV. p. 512.

CCLXVI. Oko g. 1198.

Emeriko kralj hrvatski i ugarski nalaže Mihalju biskupu skradinskomu, da se pokori nadbiskupu zadarskomu.

Henricus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex, M(ichaeli) scardonensi episcopo salutem et gratiam. Discretioni tue districte precipimus, ut ad ciuitatem iadertinam visis litteris accedas, et archiepiscopatus priuilegium diligenter perscrutando in omnibus, sicut in eiusdem priuilegii tenore episcopatum tuum archiepiscopatui iadertino subditum esse legeris, fideli nostro archiepiscopo iadertino debite subiectionis officium patienter et diligenter impendas et uniuersis suis successoribus.

Farl. Illyr. Sacr. T. IV. p. 12.

CCLXVII. Oko g. 1198.

Emeriko kralj hrvatski i ugarski, potvrdjuje crkvi spljetskoj vlast nad crkvom skradinskom i ninskom.

Henricus dei gratia Hungarie, Dalmatie, Chroatie, Rameque rex, spalatensi capitulo et totius urbis conuentui salutem et gratiam. Uniuersitatis vestre litteris receptis, et nuntiis, ea que debuimus, que nobis significabant, intelligere curauimus; quorum relatione cognouimus, quod auctoritate regia et precepto, Iadrenses iactent se episcopatus vestros, scardonensem videlicet et nonensem amodo possessuros. Quia igitur ex suscepto regie magnitudinis culmine omnium nostrorum fidelium iura illesa et inconcussa iuxta tenorem priuilegiorum nostrorum seruare tenemur, nolumus aliquo modo uniuersitatem vestram a suis iustitiis fore alienam. Fidelitatis namque vestre probata constantia, iura vestra vobis totaliter confirmamus, et vestris suffraganeis uniuersis uniuersaliter, et singulis singulariter regia auctoritate precipientes mandamus, quatenus debitum honorem et reuerentiam spalatine ecclesie exhibeant, et nullius noua suggestione a fide, qua eidem ecclesie tenentur, debeant exorbitare.

Lucius. De regno Dalm. et Croat. Lib. III. cap. XIII. ad A. 1196. Farlati III. 229. ex tabulario Cap. Spal.

CCLXVIII. 1199. 2. siečnja. U Lateranu.

Inocentio III. papa, pošilja na molbu Vukana kralja dalmatinskoga i dukljanskoga, svoje poslanike Ivana i Šimuna poddjakone u Dalmaciju i Dukljü

Innocentius episcopus seruus seruorum dei J(oanni) et S(imeoni) capellano et subdiacono nostro, apostolice sedis legatis, salutem etc. Apostolice sedis auctoritas, que per diuersas mundi partes plenitudinem obtinet potestatis, illius sequens vestigia, qui beato Petro: „pasce oues meas,“ tertio replicauit, in partem solicitudinis viros conuocat prouidos et discretos, qui gregem domini et pabulo salutis reficiant, et viam eis eterne felicitatis ostendant. Ad quorum siquidem auxilium, et iuuamen, ut ecclesiastice pote-

statis auctoritas in sua semper maneat firmitate, cum requirit necessitas, aliquos a suo latere dirigit et transmittit, quibus legationis iniungit officium exercendum. Hac itaque consideratione diligenter inducti et charissimi in Christo filii Vu(lcani) illustris regis Dalmatie et Dioclie precibus inclinati, qui, ut ad eos legatos mittere deberemus, instantissime postulauit, vos, de quorum probitate nos, et fratres nostri plenam fiduciam obtinemus, ad Dalmaciam, et Diocliam prouinciam duximus transmittendos, in prouinciis ipsis, vobis auctoritate presentium legationis officium iniungentes, ut que inueneritis corrigenda corrigatis, destruatis et euellatis superflua et nociua, edificetis et plantetis utilia, et honesta, quatenus cum domino ducente redibitis talenta vobis reddatis credita duplicata, et a nobis et fratribus nostris valeatis in domino multipliciter commendari. Datum Laterani VI. idus ianuarii.

Illyricum Sacrum. T. VII. str. 28. Theiner mon. vet. Slavorum merid. T. I. str. 5.

CCLXIX. 1199. 26. siečnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže svojim poslanikom, koje posla u Dalmaciju i Duklju, neka nepredadu odmah nadbiskupski plašt izabranomu biskupu barskomu. dok se neuvjere dali je barska crkva i prije obnašala čast prvostolne crkve, i dali nije podčinjena nadbiskupiji dubrovačkoj.

Innocentius episcopus etc. I(oanni) capellano et S(imeoni) subdiacono, familiaribus nostris apostolice sedis legatis. — Post dies aliquos, ex quo a nostra presentia recessistis, ex relatione quorumdam, et inspectione libri censualis camere nostre, nobis innotuit, quod antibarensis ecclesia inter suffraganeos ragusane metropolis numeretur. Unde cum tu fili I. librum illum inspexeris, miramur, quod facta tibi copia libri premissi, nobis non aperuisti expressius veritatem. Quia vero non est nostre intentionis statum ecclesiarum euertere, deuotioni vestre auctoritate presencium districtius inhibemus, ne antibarensi electo, palleum aliquatenus concedatis, nisi vobis constiterit eius predecessores fuisse palleis decoratos, et dignitatem metropoliticam habuisse. Ne autem iter vestrum, et legationis processus valeat aliquatenus impediri, eisdem personis, quibus per vos apostolica scripta dirigimus, sub eodem tenore litteras nostras transmittimus, dempto capitulo quod faciebat de palleo mentionem; ut utrasque penes vos habentes, vel primas vel secundas, prout opus fuerit, presentetis. Datum Laterani VII. kal. februarii.

Illyricum Sacrum. T. VII. str. 29.

CCLXX. 1199. 1. ožujka.

Oporuka njekog Martina Madijeva, priobćena od njegovog izpovjednika popa Dujma i popa Martina.

Anno dominice incarnationis M. C. nonagesimo VIIII. mense marcii die primo, Indiccione II. Jadere. Temporibus equidem domini nostri Hemerici magnifici regis Hungarie, Dalmacie, Chroacie atque Rame, et Andree viri incliti fratris eius, ac Nicolay iadrensis electi, et septem consulum. Testificor ego namque Martinus sancte Marie

maioris presbiter et Doimus Martini de Maio pater spiritualis, super animam meam, et in ea veritate que Christus est, dico: quod olim, cum dictus Martinus Madii viam carnis iudicio dei volebat arripere, et in ultima iam esset positus voluntate, ac mihi tunc diceret pro suis excessibus: mea culpa, sanctamque Christi eucharistiam diligenter aciperet. Domina Priba uxor eius iuxta eundem virum suum sedens, coram me ac coram pluribus aliis, lacrimando taliter exorsa est dicens: O Pater Dimmine! cur me deseris, et qualiter factum domui tue disponis. Cui cum Martinus non posset ita alte ut audiretur a nobis respondere, dictus Dimine filius eorum, qui presens aderat, cepit genitrici sue taliter dicere. Domina mater, videmus quia pater meus est valde debilis in loquendo, sed si placet patri et vobis matri, ego dicam omnia per ordinem, qualiter ipse factum domui sue ordinauit in Spaleto, dum esset in plena memoria. Pater vero annuit filio ut loqueretur, et mater tacendo consensit. Tunc Dimine dixit: Scias mater, quod ipse pater meus, dum esset Spaleti, taliter precepit nobis omnibus notis eius et firmiter imperauit, ut in vita tua nullam tibi violentiam faceremus, sed te uti matrem et dominam honoremus, sed si obieris, vel monasterium intraueris aliquod, tunc quod in Spaleto statuit tam de me, quam de omnibus firmum et stabile fieri opportebit, et hoc voluit et precepit, ut et tibi matri placeret. Et his dictis dixit Dimine patri suo: Est domine pater verum quod dico? pater vero capud inclinando assensit dictis filii, et eo affectu quo potuit eius verba firmauit. Mater autem his auditis tacuit, et nichil contrarium contra aliquem dixit. Et hoc quia vidi et audiui ac postmodum a nostro electo Nicolao monitus sum ut testarem, coram eodem electo et Vitacia s. Petri plebano ac Gregorio Zilumbuli, appositis testibus, per verum dixi testimonium. Et ego Blasius s. Anastasie diaconus et iadrensis notarius, prefati Martini sacerdotis rogatu hanc testamenti cartam ut audiui scripsi et roboraui ac signo consueto signaui. — (Od zdola monogram B. N. S. A.)

Izvornik na pergameni pisan, nalazio se medju mojimi listinami, sada u knjižnici jugoslavenske akademije.

CCLXXI. 1199. 14. travnja. U Dubrovniku.

Ivan biskup od Drivasta, potvrdjuje prisjegòm vjernost nadbiskupu dubrovačkomu.

Ego Johannes driuastine ecclesie episcopus, huic metropolitane ragusine ecclesie super sancta dei euangelia iuro, secundum quod propriis oculis illius briuilegia autentica romane ecclesie apostolice confirmata inspexi, sine fraude diebus vite mee debitam obseruare reuerentiam. Actum est hoc in ede archiepiscopatus ragusini, presente comite Dobroslauo, Vrsacio Milini, Dersimiro, Petro Bubanne, archidiacono Marino diacono notario, clerico Matheo, subdiacono Matheo, clerico Lucaro, clerico Gataldo, et notario qui hec scripsit. Anno domini millesimo centesimo nonagesimo nono. Mense aprilis XIIII. die intrante.

Ego Johannes episcopus manu mea subscribo.

Izvornik pisan na malenoj pergameni. U arkivu okr. dubrovačkog Fasc. I. N. 32.

CCLXXII. 1199. mj. travnja. U Mletcih.

Vid, knez krčki, obvezuje se Mlečanom za se i za svoju braću Ivana i Enrika, da će se točno držati pogodbe, kojom im biaše odstupljen otok Krk od mletačke vlade.

In nomine domini dei saluatoris nostri Jesu Christi, anno incarnacionis eiusdem millesimo centesimo nonagesimo nono, mensis aprilis, indictione secunda, Riuoalti. Post concessionis cartulam factam anno incarnacionis millesimo centesimo nonagesimo octauo, mensis iunii, indiccione prima, quam Johanni consanguineo meo et mihi fratrique meo Henrico fecistis, per quam prefato Johanni et mihi dictoque fratri meo concessistis et dedistis comitatum Vegle et tocius insule, cum omnibus introitibus et honorificenciis eius et collectam pariter cum insula de Perdichi, ante quam continetur, quod hec nobis, que dicta sunt, concessistis potestate plenissima habendi, tenendi, fruendi, disponendi, donandi et omnes prouenientes redditus recipiendi cum omni racionis integritate, ad suprascriptum comitatum spectantes, videlicet et cum nominata collecta, et cum predicta insula de Perdichi, et cum uniuersis racionibns comitatus iamdicti, et de suprascriptis redditibus, quicquid nostre voluntatis fuerit, faciendum usque dum vixerimus, alterutrum succedentibus, regalia vestra in totum et per omnia salua, propter que nos comitatum ipsum regere, conseruare, manutenere et defensare debemus ad vestrum et communis Veneciarum honorem et ipsius terre utilitatem, secundum consuetudinem bonam, ab omnibus, videlicet hostibus et communi gente sine vestro vestrorumque successorum et communis Veneciarum adiutorio, exceptis coronatis personis et eorum exercitu manifesto, sine omni fraude et ingenio malo. Et debemus annuatim omni festo sancti Michaelis communi vestro persoluere bizantini auri romanatos bonos veteres trecentos quinquaginta, quos habere debetis vos domine Henrice Dandulo, dei gracia inclite Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie dux, per cartam concessionis, quam inde nobis suprascriptum commune fecit. Debemus quoque nuncios vestros omnes honorifice recipere, tractare et deducere, et galeas similiter vestras. Nec debemus compagniam vel societatem cum ullo habere cursalium, vel aliorum, qui essent manifesti predones seu draubatores, qui homines Venecias offenderent, vel alios ad Venecias venientes aut redeuntes ab ea; nec debemus eos recipere, nec fiduciam vel securitatem aliquam eis prestare, nec consilium neque auxilium eis impendere, nec in aliquo necessaria ministrare, nec aliquid horum per ullum ingenium fieri facere, que omnia supradicta suprascriptus consanguineus meus Johannes, et ego Guido filius condam Bartholomei Vegle comitis, in integrum obseruare debemus usque ad menses tres, ex quo dictus frater meus Henricus prius venerit ad etatem, infra quod spacium trium mensium si ipse in eum modum, quo per hanc promissionis cartulam vobis et suprascripto communi sum obligatus, pro sua parte simili in suprascripto communi se obligauerit pro comitatu iam dicto, communiter et equaliter in omnibus comites esse debemus, et ab inde non debeo teneri de solucione predictorum bizantinorum nisi in quantum mihi pro mea parte aduenerit. Si vero infra dictum spacium trium mensium non, quod est supradictum per eum, nos videlicet suprascriptus Johannes et ego soli comites esse debemus, et soli equaliter omnia debemus, que suprascripta sunt, obseruare. Si autem, quod in domini potestate consistit, nos obire *(contin)* gerit, ante quam suprascriptus frater meus Henricus ad etatem secundum ordinem suprascriptum veniret, et per eum omnia, que suprascripta sunt, fuerint obseruata, ipse comes esse debet in omnibus superius nominatis, promissionem vobis faciens . . . (*secundum*)

ordinem comitatus, et si non ita conseruaretur per omnia, comitatus ipse in vos et commune Veneciarum cum omnibus supra concessis redire debet cum omni plenitudine racionis ad faciendum de omnibus, quicquid vestre fuerit voluntatis, et ipse insuper vobis et suprascripto communi quinquagintas marcas argenti debeat emendare. Nec est pretermittendum, quod pro eorum omni obseruacione, que sunt superius per ordinem comprehensa, unus noster semper obses in Veneciis stare debet, aut de propinquis proximioribus, quos habemus, nisi vestro successorumque vestrorum verbo remaneat. Que omnia supradicta ego suprascriptus Vido cum suprascripto Johanne comite, vobis suprascripto domino duci vestrisque successoribus et communi Veneciarum me observaturum secundum ordinem supradictum promitto, et ita confiteor me ad euangelia sancta dei firmasse; et si omnia hec non obseruauero, que sunt superius, ut denotatum est, comprehensa, comitatum predictum cum omnibus supra concessis auferre mihi debetis cum omni plenitudine potestatis; et insuper cum meis heredibus vobis vestrisque successoribus et suprascripto communi marcas argenti quinquagintas debeam emendare.

† Ego Vido veglensis comes, manu mea subscripsi.

† Ego Rugerius Premarino testis.

† Ego Marinus Storlado testis.

† Ego Paternianus de Putheo subdiaconus et notarius compleui et roboraui.

† Ego Pascale Mauro subdiaconus et notarius sicut vidi in matre ita testifico in filia.

† Ego Bartholomeus Gradonicus iudex ut vidi in matre, testis sum in filia.

L. S. Ego Andreas Conrado presbiter et notarius hoc exemplum exemplaui anno domini millesimo ducentesimo primo, mensis octubris, indictione quinta, (nec) minui nec ampliaui, compleui et roboraui.

L. S. Ego Conradus de Johanne sacri palacii et ducalis aule Veneciarum notarius, ut in predictis instrumentis reperi, sic legi et scripsi et roboraui, nil addens vel minuens, nisi forte punctum vel litteram, quod sentenciam mutet, currente anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione XV, mense februario.

Ljubić. Listine III. 388.

CCLXXIII. God. 1199. 10. svibnja. U Zadru.

Sud zadarski dopituje Toli opatici i svemu samostanu sv. Marije u Zadru, zemljište Brda, što ga istomu samostanu darova Kresimir kralj hrvatski.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo nono, mense madii, die X. astante, indictione secunda, Jadere. Temporibus equidem domini nostri Hemerici magnifici regis Vngarie, Dalmatie, Croatie atque Rame, et Andree viri incliti, fratris eius, ac Nicolai iadertine sedis venerandi archielecti, ac septem consulum. Cum nos, namque Micha Petrizi, Petrizus Vitace, Bitte de Juda et Coscie Gregorii, consules, in plateis post tribunam sancti Petri noui ad diuersorum causas discutiendas et difiniendas resideremus, tu Tollia, sancte Marie monialium abbatissa, cum tuo conuentu, per Cosmam, filium Janzi, prescripti monasterii aduocatum, in nostram curiam veniens, contra Vrientem, filium Cipriani et plures nobiles Jadre, qui terram vestram de Berda inuasam tenebant,

taliter allegasti dicens: fratres, certum est, quod Laurentius, filius Joseph, dum esset prescripti cenobii aduocatus, coram comite Damiano, illustris memorie, cum adhuc viueret, vobiscum placitauit, et priuilegium Cresimiri regis, bone memorie, quod habebat, ac testes ostendit, et causam ipsam ex iudicum sententia obtinuit. Quare igitur a prefata terra monasterii non exitis. Vrientus vero cum ceteris respondentes dicebant, omnia vera esse, que Cosmas fuerat prosecutus, sed quoniam tu abbatissa suum priuilegium non firmaueras iuramento, sicut tibi fuerat iudicatum, ideo a terra nominata exire nolumus nec debemus. Auditis igitur hinc inde partibus, iudicium prenotati comitis et iudicum tali mensura expleuimus. Dedimus namque tibi tuoque conuentui Stephanum de Joseph, pristaldum taliter, ut ipse nominatam terram circumiret, eamque de una villa ad aliam sicut in priuilegio regio habebatur, vobis, vestrisque successoribus de termino ad terminum assignaret, vosque in possessione ex nostri sententia poneret, et tam prefatum Vrientum, quam omnes alios ex inde omnino eiceret, si alicuius vestre monialis iuramento prescriptum vestrum priuilegium affirmare possetis Quia vero sicut ex dictis nominati pristaldi accepimus, Marichna Dragsauni, quondam nurus vestra, monacha, sepedictum priuilegium suo sacramento firmauit, vos placitum deuicisse et tam Vrientum quam omnes contrariam sententiam reportare per sententiam iudicauimus, et eis super hoc perpetuum silentium inposuimus, statuentes, ut non liceat eis super eadem causa ullam questionem mouere, vel vos aliquibus ex inde molestiis in perpetuum fatigare. Terminatur autem prescripta vestri monasterii terra in hunc modum: In primis namque ex parte occidentis a via puplica, que vadit Nonam, ubi est lapis signatus signo sancte Marie inmersus, eundo versus boream recta linea usque ad Bregum, qui est ultra arborem pirum, et iterum sursum per limitem usque ad spinam collis, ubi est lapis priori signo sculptus et impositus, et ab inde versus austrum per spinam collis per viam antiquam, quousque pertranseas primam villam antiquam, ubi sunt pruna plurima, et ab inde iterum versus austrum per viam inter duos bregos seu limites positam, usque ad aliam villam antiquam, ubi est lapis inmersus signo sancte Marie sculptus, a quo signo versus meridiem, recto tramite per vallem inferius in silua quousque peruenias ad lapidem insignitum priori signo et ad viam prescriptam, que vadit Nonam, et ab inde iterum versus occidentem, quousque peruenias ad priorem lapidem insignitum, qui est supra villam, que nuper posita est, quodcumque autem infra prescriptos terminos in terris et aquis habetur, vestrum est. Acta sunt vero hec et definita, ut prescriptum est, in plenari curia, ubi hoc scriptum per manum nostri notarii fieri precipimus, presentibus his testibus: prescripto Stefano de Joseph pristaldo, Petro, filio Cipriani, Jacobo Fasolo, et multis aliis, coram quibus iudicium nostrum explestis et sacramentum fieri precepistis.

Et ego Blasius, sancte Anastasie diaconus, et iadertine ciuitatis notarius, hoc memoriale iudicii scriptum, iussu prescriptorum consulum et curie ut vidi et audiui ita scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

Od zdola monogram bilježnikov B. S. A. N.

Matica u arkivu kaludjericah sv. Marije u Zadru.

CCLXXIV. 1199. 25. svibnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, potvrdjuje samostanu benediktinskomu sv. Petra na Rabu, sav njegov posjed.

Innocentius etc. Ugoni abbati monasterii sancti Petri de insula arbensi, eiusque fratribus, tam presentibus, quam futuris monasticam vitam professis, in perpetuum. Pie postulatio voluntatis etc. ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam etc. . . . locum ipsum in qua prefata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis et appendicibus suis, et terminis, qui sic distinguuntur: Primitus a capite macerie, a monte usque ad riuum, descendendo per riuum usque ad mare, et per mare ad molendina, et ascendendo per montis verticem, et eundo per illum usque ad priora confinia. Ecclesiam sancti Cipriani cum pertinentiis et appenditiis suis, et terminis, qui sic distinguuntur: A valle obscura usque ad vallem de Trasina, alie tres partes mare circumdant, una cum manumena, omnibusque scopulis, ad istum promontorium subiacentia, et valles que sunt apud sanctum Cyprianum, et alie que sunt apud sanctum Petrum, inter quas saline vestre et piscarie consistunt. Sane noualium . . . liceat quoque . . . Prohibemus insuper . . . Cum autem generale . . . sepulturam quoque . . salva tamen . . . Obeunte vero . . . libertates . . . decernimus . . . salua apostolice sedis auctoritate et dioecesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur . . .

Datum Laterani per manum Rainaldi domini pape notarii, cancellarii vicem agentis VIII. kal. iunii, indictione secunda, incarnationis dominice anno MCXCIX. pontificatus vero domini Innocentii pape tertii, anno secundo.

U Farl. Illyr. Sacr. T. V. p. 238 žalibože veoma oštećeno priobćeno.

CCLXXV. 1199. 29. lipnja.

Prilikom čitanja mise na dan sv. Petra i Pavla po opatu lokrumskom, u nadbiskupiji dubrovačkoj, prije nego bi čitano evangjelije, izjaviše mnogi plemići dubrovački da odstupljuju rečenomu opatu sva prava na crkvu sv. Marije od Racata.

Iz rukopisa: Spoglio delle scritture di Lacroma rkp. g. 1634.

CCLXXVI. 1199. 11. srpnja. U Fanu.

Dubrovčani utanačuju mir s gradom Fanom.

In Christi nomine. A natiuitate eius sunt anni millesimi, centesimi, nonagesimi noni. Indictio secunda. Fani, undecimo die introeunte mense iulii, tempore Innocentii pape pontificatus eius anno secundo, Petrus Peri dei gratia fanensis potestas. Nouerit tam presens etas, quam futurorum posteritas, nos habito prudentum fanensium consilio, firmam ac perpetuam pacem per nobilem fanensem ciuem Guiducium Lenzari nomine et in anima totius populi fanensis, ciuibus Ragusie seu siracusane ciuitatis et eiusdem ciuitatis iurisdictioni subpositis, facere iurasse istius et dicte ciuitatis longeuam amicitiam,

sicut a nostris ciuibus accepimus, recolentes, statuentes, quod nos dicte ciuitatis homines ad nostram ciuitatem venientes, stautes et redeuntes in generali consilio sub nostra protectione ac defensione iurato pro posse suscepimus, ac res eorum manutenere. Si quis vero hausu temerario prefate ciuitatis homines ac maxime negotiatores ad nostram ciuitatem venientes vel res eorum offenderit, vel molestauerit, sciat se in bannum facultatum suarum omnium ac fanensis populi indignationem ad tantum excessum ulciscendum incursurum. Interfuerunt Uguicio Jordani, Rainerius, de Rupa, Johannes Rustici, Junius Periti, Carletius masarius comunis, Georgius, Gurceo Lambertini, Federicus eius frater, Viuiamus Mattei, Dominicus Nicole, Jordanus eius frater, Rainaldus Ugolini, Ugonis, Robertus Guiducii et alii quam plures.

Ego Fortinus imperialis aule notarius et nunc Janensis ciuitatis notarius, scripsi et absolui.

Matica pisana na malenom komadiću pergamene, čuva se u c. kr. dvorskom arkivu u Beču medju pismi dubrovačkimi, prem da po svoj prilici ovamo nespada, nego se valjda proteže na sirakuzanski grad Ragusu, utemeljen od Dubrovčanah.

CCLXXVII. 1199. 12. srpnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže biskupu kninskomu i skradinskomu kao i opatu trogirskomu, da povede iztragu proti biskupu hvarskomu izabranomu nadbiskupu zadarskomu.

Innocentius episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . . tiniensi et . . . scardonensi episcopis, et dilecto filio . . . abbati traguriensi, salutem etc. Constitutus in presentia nostra venerabilis frater noster M(ichael) dictus farensis episcopus sua nobis assertione monstrauit, quod cum venerabilis frater noster N(icolaus) farensis episcopus electus fuisset in archiepiscopum iadertinum, asserens electionem suam fuisse per sedem apostolicam confirmatam, ad iadertinam transiuit ecclesiam, et in ea tamquam archiepiscopus ministrauit. Postmodum autem ad farensem accedens ecclesiam, cepit de substituendo sibi in eamdem ecclesiam pastore tractare, volens in eam intrudere M. diaconum ecclesie iadertine, principe terre alium ibidem intrudere moliente. Propter quod clerus et populus farensis conuenientes in unum, credentes dictum episcopum ad iadertinam ecclesiam auctoritate sedis apostolice transiuisse, dictum M. in pastorem concorditer elegerunt, et electionem factam dilectis filiis spalatensi capitulo presentantes, eam confirmare obtinuerunt, et electum suum per suffraganeum (suffraganeos) spalatensis ecclesie consecrari. Postmodum autem prefatus N. farensis episcopus a nobis ad venerabiles fratres nostros polensem, absarensem et arbensem episcopos litteras impetrauit: a quibus licet propter causam suspicionis idem episcopus appellasset, ipsi nichilominus, sicut ei fuit in via suggestum, excommunicationis sententiam protulerunt; propter quod ipsum ad sedem apostolicam venientem fecimus ad maiorem cautelam absolui. Constitit autem nobis, quod licet dictus N postulatus fuerit in ecclesiam iadertinam, postulatio tamen eius nondum fuit per sedem apostolicam approbata Suggestum etiam nobis fuit per litteras et nuntios eius, quod cum Iadertum, unde oriundus fuerat, ad domum propriam accessisset, et in iadertina ecclesia non tamquam archiepiscopus, sed tamquam archidiaconus ministraret, dictus M. in locum viuentis irrepsit, et in farensem ecclesiam temere se permisit inrudi. Propter quod de mandato nostro per memoratos episcopos excommunicationis fuit

vinculo innodatus. Quia vero siue memoratus episcopus temere transiuerit ad ecclesiam iadertinam, siue ipsam tamquam ipsius archidiaconus visitarit, antequam farensis ecclesia fuisset ab eo auctoritate sedis apostolice absoluta, per electionem canonicam alium sibi episcopum non poterat copulare, eidem episcopo dedimus in mandatis, ut a farensi ecclesia omnino recedat, nec se nominet farensem epum., sed ad spalatensem canonicam, unde assumptus fuerat, si voluerat, reuertatur. Quia vero farensis ecclesia, iusto forsan errore decepta, credens videlicet ipsum episcopum ad iadertinam ecclesiam de mandato ecclesie romane transisse, in hunc contulit sua vota, et ipse occasione simili circumuentus consensit in eam: discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, sublato appellationis obstaculo, inquiratis diligentius veritatem, si prefatus N. farensis episcopus postulationem suam asseruit per sedem apostolicam approbatam, si ad iadertinam ecclesiam omnino transiuit, si in ea se habuerit ut electus, si de substituendo sibi pastore in ecclesia farensi tractauit, ut de hiis et aliis per litteras vestras certiores effecti melius in ipso negotio procedamus. Quod si omnes hiis exequendis nequiueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani IIII. Idus Iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner. Mon. Vet. Slav. Merid. T. I. str. 8. Farlati V. 67.

CCLXXVIII. 1199. 14. srpnja. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže kaptolu spljetskomu, neka se pobrini za biskupiju hvarsku.

Innocentius episcopus etc. Dilectis filiis capitulo spalatensi, salutem etc. Cum venerabilis frater noster M. dictus farensis episcopus venerabilem fratrem nostrum N. farensem episcopum asserentem: postulationem suam esse per sedem apostolicam approbatam transisse proponat ad ecclesiam iadertinam, et in ea ut archiepiscopum ministrasse, et in farensi ecclesia alium sibi substituere voluisse, se vero ad farensis ecclesie regimen fuisse, illo transeunte, vocatum; prefatus vero N. episcopus ad ciuitatem iadertinam, unde fuerat oriundus, non transisse, sed accessisse proponat, et in ea se non archiepiscopum, sed archidiaconum ministrasse, ac dictum M. farensem se in ecclesia farensi fecisse intrudi, et nos inquisitionem horum duxerimus committendam: sollicite volumus precauere, ne interim in eadem farensi ecclesia aliquid in spiritualibus vel temporalibus detrimentum incurrat. Ipsam ergo vestre sollicitudini committentes, donec aliud statuimus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus taliter ipsi prouidere curetis, quod occasione controuersie huius aliquod dispendium non incurrat. Datum Laterani II. idus iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Theiner. Mon. Vet. slav. merid. T. I. p. 9.

CCLXXIX. 1199. 25. kolovoza. U Jakinu.

Dubrovčani utanačuju mir s Jakinjani.

In nomine patris et filii et spiritus sancti, amen. Hec sunt capitula pacis composite, et componende, et firmande inter Bonum baronem potestatem Ancone ex una

parte, et Kalendum nuntium ragusinum et comune eiusdem ciuitatis ex altera parte: Imprimis iurabunt pacem firmam tenere et non remouere; et iurabunt Anconitani Ragusinos et res eorum in Ancona et in tota eorum fortia saluare et defendere bona fide sine fraude; et contra: si vero aliquis Anconitanus offenderet Raguseum vel Raguseus Anconitanum, hec pax firma maneat; offensus petat iustitiam a iudice ciuitatis cui pertinet offensor, et eam intra XXX. dies obtineat. Et hec omnia iurabunt obseruare bona fide sine fraude, et hoc sacramentum debent facere CC boni homines sine fraude ex una parte, et CC ex altera. Et si quod debetur ex una parte, ut ex illa homines, quod debetur, valeant debitum repetere secundum supradictum modum. Facta sunt hec in ciuitate Ancone, anno MCXCVIIII. indictione II. VIII. kalendas septembris.

Matica u c. kr. dvorskom arkivu u Beču, medju pismi dubrovačkimi, gl. Ljubić, Listine I. 19.

CCLXXX. 1199. 7. rujna. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže Ivanu nadbiskupu dukljanskomu i barskomu, neka B. biskupu svadskomu, okrivljenomu radi ubijstva, koj se radi toga prem da nekriv odreče biskupske časti, naznači njeku podporu od dohodakah rečene biskupije.

Innocentius episcopus etc. Venerabili fratri (Joanni) antibarensi archiepiscopo, salutem etc. Cum accessisset nuper ad apostolicam sedem venerabilis frater noster B. soacensis episcopus, super eo quod dicebatur de homicidii crimine infamatus, coram nobis et fratribus nostris misericordiam sedis apostolice supliciter implorabat. Cum autem nobis de facti serie non constaret, de processu ipsius a dilectis filiis I. capellano et S. subdiacono nostris, qui rei veritatem plenius cognouerunt, dum in partibus Dioclie legationis officio fungerentur, inquisiuimus diligenter: ex quorum assertione tenuimus, quod cum ingressi prouinciam Dalmatie superioris fuissent, a maiori parte cleri et populi soacensis de reatu homicidii dictum inuenerunt episcopum infamatum. Cum autem ad ipsius ecclesiam accessissent, in presentia eius cleri et populi soacensis infra missarum sollempnia quidam de ciuibus S. nomine libellum ipsis accusationis porrexit, asserens se testibus probaturum, quod episcopus reus esset homicidii perpetrati. Episcopus vero per instrumentum purgationis oblatum, quo iurasse cum duobus episcopis dicebatur, se nec fecisse illud, nec fieri precepisse, innocentiam suam ostendere satagebat; quod tam tua quam illorum episcoporum assertione, qui compurgatores dicebantur, fuisse falsum repperernnt, cum nullum a compurgatoribus fuerit exhibitum iuramentum. Unde causam ipsam, ut populi scandalum sedaretur, duxerunt iuris ordine pertractandam, et per receptionem testium productorum in concilio apud Antibarum congregato voluerunt per confessionem ipsius intelligere plenius veritatem; cuius fuit tale responsum, quod nec fecerat, neque preceperat fieri homicidium perpetratum, et tam accusatores quam testes inimicos suos existere capitales. Et cum homicidium a T. et I. presbiteris assereret perpetratum, obiectum fuit ei ab accusatore predicto, quod prescriptum T. in presbiterum ordinarat, in quo se confessus est peccasse. Verum cum dicti legati pariter pertractarent super hiis, que coram eis fuerant actitata, die sequenti mitram eis et anulum in tua et episcoporum presentia, qui conuenerant ad concilium, resignauit, que ab eisdem aliquot

dies repetiit, asserens se ob hoc velle ad sedem apostolicam proficisci; cui et adversariis pariter datis dimissoriis, certus fuit a iam dictis legatis terminus assignatus. Ceterum inter alia, que dictus episcopus in nostra et fratrum nostrorum presentia recognouit, confessus est et non negauit se prefatum T. in presbiterum ordinasse, postquam ipsum reatum homicidii audierat et crediderat commisisse; cuius factum, cum familiaris esset ipsius, non poterat penitus ignorare. Cum ergo secundum apostolum epus. bonum testimonium debeat et ab hiis qui sunt intus, et ab hiis qui sunt foris habere, qui ad curam positus aliorum in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo domini oporteat conuersari, nec perferens memorandi criminis labem, lucidam gerat sacerdotii dignitatem; nos attendentes, quod satius sit domino in inferiori ministerio deseruire, quam graduum sublimitatem appetere cum scandalo aliorum, episcopum ipsum monuimus diligenter, ut postquam episcopalia insignia resignarat, citra pontificale fastigium creatori suo deuotum impenderet amodo famulatum; quod in humilitatis spiritu et contritu animo visus est acceptasse, unde ipsius propositum dignis laudibus commendamus. Ceterum quoniam non sine nostro et cleri posset opprobrio mendicare, cum de prouisione ipsius propter locorum incertitudinem deliberare prouide non possemus, ad petitionem ipsius fraternitati tue duximus apostolicas litteras destinare, precipiendo mandantes, quatenus de soacensis episcopatus prouentibus ei competenter in necessariis facias prouideri, ne pro defectu temporalium rerum propositum eius valeat impediri. Et quoniam quidam coram te propriis nominibus designandi eum dicuntur rebus propriis contra iustitiam spoliasse, alii vero manus in eum sacrilegas iniecisse, volumus et mandamus, ut si rem ita inueneris se habere, et primos ad ablata reddenda in integrum, appellatione remota, compellas, et alios excommunicatos publice nuncies, et sicut excommunicatos tamdiu facias euitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter, et cum tuarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam venerint absoluendi. Datum Laterani VII. idus septembris.

Theiner mon. vet. slav. merid. T. I. str. 9. Mansi. XXII. p. 706.

CCLXXXI. 1199. 3. prosinca. U Lateranu.

Inocencio III. papa, nalaže Nikoli novoizabranomu nadbiskupu zadarskomu, da dodje sa više kanonikah u Rim, ako hoće da ga u časti potvrdi i da mu podieli plašt.

Mirari cogimur et moueri, quod sicut a multis accepimus, tu regimen ecclesie iadertine sine mandato sedis apostolice, irreuerenter assumere presnmpsisti; licet enim clerici ecclesie iadertine cum sue ciuitatis nunciis ad nostram presentiam accessissent, et nobis tam ex relatione ipsorum, quam litterarum inspectione, quas tulerunt, patuisset, quod in iadertinum archiepiscopum electus fueras, imo verius postulatus; quia tamen etsi de modo postulationis possemus reddi per easdem litteras certiores, de persona tua nobis non poterat fieri certa fides, nec examinare debebamus absentem; eis de consilio fratrum nostrorum decreuimus respondere, ut aliqui de canonicis eiusdem ecclesie nostro se conspectui presentarent, ut de studiis postulationum et de meritis postulati certiores effecti, securius in ipso negotio procedere valeremus, adiicientes, quod licet episcoporum translatio ad solum pertinet romanum pontificem, quia tamen ad venerabilem fratrem nostrum patriarcham gradensem consecratio iadertini electi noscitur pertinere, cum de

beneplacito nostro procederet, ut tibi pallium conferemus, et tu nobis iuramentum fidelitatis prestares, te procul dubio faceremus dicto patriarche gradensi professionem canonicam et debitam obedientiam exhibere. Sed ipsi nuncii tales noluerunt litteras reportare, quibus reuersis sine mandato nostro, ecclesie iadertine diceris regimen assumpsisse, et in ea tam temporalia, quam spiritualia administrare; quia vero graue nimis est, quod de tua presumptione proponitur, nec subito volumus damnationis sententiam iaculari, fraternitati per apostolica scripta mandamus, et districte precipimus, quatenus intra duos menses, post susceptionem presentium, cum competenti numero canonicorum ecclesie iadertine, iter aripias ad sedem apostolicam veniendi, redditurus nobis super excessu quem prediximus, rationem. Ita quod si culpabilis inuentus non fueris, cum nobis de postulatione canonica, et persone tue idoneitate constiterit, translationis gratiam, et pallium recipere merearis; postmodum debitam nobis fidelitatem et dicto patriarche gradensi professionem canonicam impensurus; alioquin ex nunc te noueris ab officio pontificali suspensum, et nos canonicis iadertine ecclesie dedisse firmiter in mandatis, ut aliam personam idoneam canonice sibi eligant in pastorem. Datum Laterani III. nonas decembris.

Farlati Illyr. sacr. T. V. str. 68. Theiner. Mon. vet. Slav. merid. I. str. 3.

CCLXXXII. 1199. 28. prosinca. U Lateranu.

Inocencio III. papa, pozivlje nadbiskupa i ostale svećenike crkve dubrovačke, da četerdesetu stranu svoga dohodka doprinesu na pomoć rata za svetu zemlju.

Innocentius episcopus seruus seruorum. Dei venerabilibus fratribus ecclesie ragusine archiepiscopo et suffraganeis eius, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, et uniuersis clericis tam subditis, quam prelatis in ragusina prouincia constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Graues orientalis terre miserias, et necessitates urgentes iam potius, peccatis exigentibus, deflere cogimur, quam referre, cum ad eum statum, si tamen status dicendus est casus, quod dolentes dicimus, eadem terra deuenerit, ut nisi citius ipsius fuerit necessitati succursum, et occursum conatibus paganorum, pauci Christiani, qui se defensioni hereditatis domini et crucifixi obsequiis deuouerunt, hostiles sagittas sui sanguinis effusione inebriaturi credantur, et paganorum gladios suis iugulis placaturi. Reliquiis desolationis illius terre sine spe humani subsidii perdendis totaliter, et ab hostibus occupandis nemo est, qui subueniat, cum de partibus illis pene omnes iam redierint peregrini. Id autem hactenus dominus Jesus Christus, ut probaret adhuc fortius fidem nostram, et intelligeret plenius, qui sunt eius, misericorditer impediuit manus eorum in ipsos conuertere, et eos inter se multiformiter discordantes permittens ad inuicem deseuire, ut Christianis interim ad ipsius terre subsidium excitatis, facilior daretur facultas recuperandi perdita, et de hostibus triumphandi. Recepimus enim litteras venerabilium fratrum nostrorum . . . antiochensis et . . . ierusolimitani patriarcharum, archiepiscoporum etiam et episcoporum utriusque prouincie, similiter et cariss. in Christo filiorum nostrorum A. ierosolimitanorum, et L. armeniorum regum illustrium, et dilectorum filiorum . . . et . . . magistrorum ierosolimitanorum hospitalis et militie templi, aliorumque multorum ipsius terre miserias et necessitates plenius exponentes, et postu-

lantes subsidium diutius expectatum, cum plus ibi sperent dante domino paucos hoc tempore propter Saracenorum discordiam profuturos, quam hactenus copiosus exercitus profuisset. Adjectum est etiam, quod cum iam inter Saracenos de pace tractetur, si prius quam subueniatur ierosolimitane prouincie, inter eos fuerit concordia reformata, nisi deus solus resistat, cum sit viris et viribus pene penitus destituta, non erit, qui eorum possit violentiam cohibere. Nos ergo cum fratribus nostris, ascitis etiam episcopis, et aliis viris religiosis apud sedem apostolicam existentibus, de ipsius terre subuentione tractantes, ne videremur onera grauia humeris imponere subditorum, que digito etiam mouere nolumus, dicentes tantum, et aut nihil, aut modicum facientes, ut a nobis ad vos, et a vobis ad laicos benefaciendi deriuetur exemplum, eius exemplo, qui cepit facere et docere; decimam partem omnium reddituum, et prouentuum nostrorum curauimus subuentioni orientalis prouincie deputare, subtrahentes non modicum necessitatibus nostris, quibus cum grauiores sint solito, et ob hoc exigant grauiores expensas, nostre non sufficiant facultates, ut ei, etsi nihil largiremur de proprio, modicum saltem retribueremus de suo, qui nobis sua miseratione tribuit uniuersa, et ut non solum in rebus, verum etiam in personis necessarium terre subsidium destinemus, dilectos filios nostros S. tit. s. Praxedis presbyterum, et P. sancte Marie in via lata diaconum cardinales, apostolice sedis legatos, quibus iam pridem imposuimus signum crucis, illuc proposuimus destinare, qui exercitum domini, vices nostras exequendo, precedant, et ad eos tanquam ad unum caput uniuersi recurrant.

Verum quia id quasi modicum, imo vere modicum ad tot necessitates ipsius prouincie sufficere nullatenus reputamus, uniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, et ex parte dei omnipotentis in virtute spiritus sancti sub interminatione diuini iudicii districte precipimus, quatenus singuli vestrum saltem quadragesimam partem omnium ecclesiasticorum reddituum, et prouentuum suorum, prius tamen deductis usuris, quarum solutio vitari non possit, in subsidium terre sancte conuertant; omnibus clericis, tam subditis, quam prelatis, qui quadragesimam ipsam sponte et fideliter soluerint, de dei omnipotentis misericordia, et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, quartam partem iniuncte sibi poenitentie relaxantes, dummodo nulla fraus interueniat, et pia deuotio suffragetur. Sciat autem se culpabiliter durum, et dure culpabilem, qui tantillum subsidium in tanta necessitate creatori, et redemptori suo negauerit exhibere, a quo corpus et animam et uniuersa bona, que habet, accepit, et nos qui licet indigni vices eius exercemus in terris, huius culpe duritiam nullatenus dissimulare possumus; nec aliquo modo credatis, quod per hoc in dispendium vestrum legem vobis imponere intendamus, ut a vobis imposterum quadragesima quasi debita, vel consuetudinaria exigatur, imo vobis nullum ex hoc preiudicium volumus generari, qui tante necessitatis articulum nobis, et vobis superuenisse dolemus, et quod similis de cetero non contingat optamus. Volumus etiam, et nihilominus vobis precipiendo mandamus, quatenus vos fratres, archiepiscope, et episcopi, in metropolitana ecclesia, vel si hoc ibi propter hostilitatem, vel aliud euidens impedimentum fieri non poterit, in duobus vel tribus locis ragusiensis prouincie, sine dilatione conuenire curetis, et inter vos iuxta formam mandati apostolici de ipsius terre subuentione tractare, et post reuersionem suam quilibet vestrum in sua diocesi concilium conuocet sine mora, auctoritate nostra precipiens abbatibus et prioribus tam exemptis, quam aliis, archidiaconis et decanis, et uniuersis omnino clericis in eius diocesi constitutis, iusta estimatione prouentus et redditus suos taxent, et infra

tres menses post factam eis denunciationem, quadragesimam partem valoris eorum sub ipsius episcopi testimonio, et aliquot virorum religiosorum, adhibitis nihilominus ad cautelam aliquibus laicis fidelibus, et discretis, in locum idoneum eiusdem diocesis non differant consignare, quod et nos vobis, fratres archiepiscope et episcopi, sub eadem districtione mandamus. Ab hac autem generalitate monachos cistercienses, premostratenses canonicos, eremitas grandimontenses, et cartusienses excipimus, quibus super hoc mandatum iniungimus speciale. Nolumus autem, ut ii, qui redditus suos et prouentus diligenter estimare curauerint, premisse transgressionem districtionis incurrant, siquidem non ex certa scientia, sed ignoranter potius quadragesime forte aliquid subtraxerint, dum tamen, postquam recognouerint defectum suum, quod minus soluerint, plenarie recompensent. Si quis autem, quod absit, quadragesime persoluende aliquid ex certa scientia subtraxerit, cum digne satisfecerit, ab huius transgressionis debito penitus sit immunis. Nec miretur quisquam, aut etiam moueatur, quod hoc sub tanta districtione precipimus, cum summa necessitas id exposcat; nam etsi voluntarium esse debeat diuine seruitutis obsequium, legimus tamen in euangelio de inuitatis ad nuptias, dominum precepisse, ut compellerentur intrare. Mandamus preterea, ut vos, fratres archiepiscope et episcopi, quadragesimam ipsam per vestras dioceses instanter exactam et collectam fideliter faciatis iuxta predictam formam in tuto loco deponi, summam omnem per vestras litteras et speciales nuncios nobis, quam citius fieri poterit, expressuri. Ad hec in singulis ecclesiis truncum concauum poni precipimus, tribus clauibus consignatum, prima penes episcopum, secunda penes ecclesie sacerdotem, tertia per aliquem religiosum laicum conseruandis, et in eo fidelis quilibet, iuxta quod eorum mentibus dominus inspirauerit, suas eleemosynas deponere in remissionem suorum peccatorum moneantur, et in omnibus ecclesiis semel in hebdomada pro remissione peccatorum, et presertim offerentium, missa publice decantetur. Concedimus autem vobis, fratres archiepiscope et episcopi, ut circa eos, qui de bonis suis terre sancte voluerint subuenire, de discretorum virorum consilio, qualitate personarum, et rerum qualitate pensatis, et considerato nihilominus deuotionis affectu, opus iniuncte poenitentie commutare possitis in opus eleemosyne faciende. Volumus insuper ut adhibitis vobis, ubi poterunt inueniri, duobus fratribus, uno ierosolimitano hospitalis, et alio militie templi, aliisque religiosis laicis et discretis militibus vel aliis bellatoribus, qui signum dominice crucis assumpserunt, si in suis non poterunt sumptibus transfretare, congrua de eadem summa stipendia ministretis, sufficienti ab eis cautione recepta, quod in defensione terre orientalis per annum vel amplius iuxta quantitatem subsidii commorentur, et si, quod absit, in via decesserint, susceptum subsidium non in alios usus conuertant, sed reddant potius in stipendia bellatorum, qui etiam cum redierint, non prius absoluantur a prestita cautione, quam litteras regis vel patriarche, aut ierosolimitan, hospital. vel militie templi magistri, aut etiam legati nostri vobis exhibuerint, de mora ipsorum testimonium perhibentes. Quia vero summa necessitas exigit, et communis requirit utilitas, ut populus christianus non solum in rebus, sed etiam in personis contra paganos in succursum terre sancte sine dilatione succurrat, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus ad exhortandos et inducendos fideles per vos ipsos et alios viros idoneos prudenter et diligenter instetis, ut qui sufficientes fuerint ad bellum domini preliandum, in nomine domini Sabaoth, signum crucis assumant; alii vero iuxta suarum sufficientiam facultatum pias eleemosynas largiantur. Nos enim de dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi ex illa,

quam deus nobis licet indignis ligandi et soluendi contulit potestate, omnibus, qui labores huius itineris in personis propriis subierint et expensis, plenariam peccatorum suorum, de quibus cordis et oris egerint poenitentiam, veniam indulgemus, et in retributione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis tantum expensis iuxta facultatem, et qualitatem suam, viros idoneos destinarint illuc per annum moraturos ad minus, et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis assumpte peregrinationis laborem impleuerint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huius quoque remissionis volumus esse participes iuxta quantitatem subsidii et deuotionis affectum omnes, qui ad subuentionem ipsius terre de bonis suis congrue ministrabunt. Personas insuper ipsorum, et bona eorum, ex quo crucem susceperint, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, nec non sub archiepiscoporum et omnium prelatorum ecclesie dei defensione consistant, statuentes, ut, donec de ipsorum obitu vel redditu certissime cognoscatur, integra maneant et quieta consistant. Quod si quisquam contra presumpserit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatur. Si qui vero proficiscentium illuc ad prestandas usuras iuramento tenentur adstricti, vos fratres arschiepiscope et episcopi, per vestras dioceses creditores eorum, sublato appelationis obstaculo, eadem districtione cogatis, ut eos a sacramento penitus absoluentes, ab usurarum ulterius exactione desistant. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum, sublato appellationis obstaculo, districtione simili compellatis. Judeos vero ad remittendas ipsis usuras per secularem compelli precipimus potestatem, et donec eas remiserint, ab uniuersis Christi fidelibus tam in mercimoniis, quam aliis per excommunicationis sententiam eis iubemus communionem omnimodam denegari. Horum autem vos, fratres archiepiscope et episcopi, singulos in suis diocesibus executores esse volumus et mandamus, que tam diligenter et fideliter exequamini, ut in districto nouissime discussionis examine, cum adstabitis ante tribunal Christi, dignam debeatis reddere rationem.

Datum Laterani V. kal. ianuarii, pontificatus nostri anno secundo.

Bullarium Ragusanum MSC. p. 56.

CCLXXXIII. 1199.

Vukan, kralj dukljanski i dalmatinski, podlaže se crkvenoj vlasti stolice rimske, javljajući ujedno papi, kako je ban bosanski Kulin sa svojom suprugom i sestrom, udovom kneza Miroslava, kao i sa mnogimi rodjaci i 10.000 podložnikah primio vjeru bogomilsku, s toga moli papu, neka prisili kralja ugarskoga da rečene nevjernike iz svoga kraljevstva protjera.

Beatissimo atque sanctissimo patri et domino Innocentio dei gratia sacrosancte romane ecclesie summo pontifici et uniuersali pape, W(ulcan) eadem gratia Dioclie atque Dalmatie rex, salutem et deuotionis effectum. Venientibus ad nostram presentiam domino Iohanne capellano et domino S(imeone) religiosis et discretis sancte catholice et apostolice sedis legatis, amodo iocondati sumus: quia sicut solis splendor in virtute sua radians totum orbem videtur illustrare, ita illorum sancta et salubri predicatione totum regnum nostrum creditur fore illustratum. Unde merito dicimus: Illustrauit nos oriens ex alto. Illorum

itaque probitate et scientia nos informati, deo et paternitati vestre innumeras grates rependere curamus, quia tales ad nos misistis, quales in voto semper habuimus suscipiendos, diuino munere preditos, quia omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est. Presentatis igitur litteris vestris intelleximus, quia postulationibus nostris apostolatus vestri beatitudo misericorditer acquieuit. Unde nos cum magna animi deuotione percepimus, ut per totum regnum nostrum omnia, que secundum deum sunt, ordinent et confirment; que autem contraria sunt, iuxta illud propheticum euellant et destruant. Accedentes itaque ad locum, ubi antiquitus concilium celebrari solitum fuit, sanctam synodum celebrare studuerunt, de viciis et virtutibus subtiliter disserentes, in communi deo et beatissime Marie perpetue virgini, et beato Petro apostolorum principi, necnon et apostolatui vestro laudum preconia persoluentes. Interea nouerit paternitas vestra, quia augustali stemmate undique insignimur, et quod gloriosius et beatius est, vestri generosi sanguinis affinitatem habere cognouimus. Igitur innotescimus, quia in voto habuimus nunc legatos nostros ad pedes beatitudinis vestre transmittere; sed quia terram illam turbatam esse audiuimus, facere non potuimus; quia vestris legatis ubique debita reuerentia exhibetur, sed nostri, dum illuc ire voluerint cum magna honoris magnificentia, dampna forsitan aut exicium patientur. Sed dum oportunum et congruum tempus affuerit, honorificentius faciemus, quia sancte exhortationis vestre verba perferant, que dulciora nobis sunt super mel et fauum. Siquidem sperantes et certum tenentes, quia ex quo vicarius domini nostri Jhesu Christi existis, ipse per te nobis aditum regni celestis aperire dignetur; et quia nullo in hoc seculo indigemus, multum rogamus, ut pro nobis peccatoribus preces ad dominum fundatis. Demum vero paternitatem vestram nolumus latere, quia heresis non modica in terra regis Ungarie, videlicet Bossina pullulare videtur, in tantum quod peccatis exigentibus ipse ban Culinus cum uxore sua et cum sorore sua, que fuit defuncti Mirosclaui chemensis (uxor) et cum pluribus consanguineis suis seductus plus quam decem milia Christianorum in eandem heresim introduxit. Unde rex Ungarie exacerbatus illos ad vestram presentiam compulit venire a vobis examinandos. Illi autem simulatis litteris redierunt, dicentes a vobis concessam sibi legem. Unde rogamus, ut regi Ungarie suggeratis, ut eos a regno suo euellat tamquam zizania a tritico.

Theiner Mon. vet. slav. mer. T. I. str. 6.

CCLXXXIV. 1199.

Stjepan Nemanja, veliki župan srbski piše Inocenciju III. papi da će ostati uvjek vjeran stolici rimskoj, kao što mu bijaše i otac, i da će do skora svoje poslanike poslati u Rim.

Innocentio dei gratia summo pontifici et uniuersali pape romane ecclesie beatorum apostolorum Petri et Pauli, S(tephanus) eadem gratia et sancta oratione vestra magnus iuppanus totius Seruye, salutem tamquam patri suo spirituali. Litteras sanctitatis vestre recepimus et bene intelleximus, et que venerabiles legati vestri, scilicet I(oannes) capellanus et Symon subdiaconus, tam in litteris quam in ore eorum narrauerunt nobis. Gratiamur itaque magne sanctitati vestre, quia non tradidisti nos in obliuionem filios tuos, sed recordatus es de nobis. Nos autem semper consideramus in vestigia sancte romane ecclesie, sicut

bone memorie pater meus, et preceptum sancte romane ecclesie semper custodire, et in proximo legatos nostros vellemus transmittere ad sanctitatem vestram. Nos autem locuti sumus dictis venerabilibus tuis legatis, quoniam ipsi cum ore eorum narrabunt sanctitati vestre eloquia mea.

Theiner. Mon. slav. mer. T. I. str. 6.

CCLXXXV. 1199.

Inocencio III. papa, preporuča Vukanu kralju Dalmacije i Dukle, svoje poslanike i pošilje plašt nadbiskupu dukljanskomu.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Vulcano illustri regi Dalmatie et Dioclie salutem et apostolicam benedictionem. Ut vobis euangelica doctrina clarius elucescat, iusta a tua nobilitate facta supplicatione, de fratrum nostrorum consilio et assensu, ad tua regna dilectos filios, Joannem capellanum et Simonem subdiaconum nostros delegare statuimus, in quorum scientia et virtute a nobis et fratribus nostris plene cognitis plurimum confidimus. His igitur nostris apostolicis litteris committimus, quatenus eos benigne accipias, et humiliter tractes, et quidquid ab eis, iuxta dei et iuris dispositionem fuerit statutum, omni cum submissione admittas et absque ulla contradictione obserues; ut quando deo annuente ad nostram redeant presentiam, magnos tue deuotionis et christiane pietatis affectus referendo, ecclesia romana cum omni efficacia et cura, tua augmenta procuret. Habuerunt enim a nobis in mandatis, ut in te et regno tuo apostolorum doctrinam excitando, quidquid reformatione dignum inuenerint, reforment, teque cum sede apostolica, uti membrum cum suo capite, conformem reddant, in illius deuotione et obedientia confirmando. Per eosdem nostros legatos venerabili fratri nostro archiepiscopo Dioclie pallium, in quo plenitudo pontificie dignitatis confertur, mittimus, quo mediante, in partem nostre solicitudinis et cure vocatus, sui muneris debitum quam facilime adimplere possit. Datum (? po svoj prilici mjeseca siečnja g. 1199.)

Fejér. Cod. dipl. R. H. T. VII. vol. V. p. 147.

CCLXXXVI. 1199.

Vukan kralj dalmatinski i dukljanski, zahvaljuje se papi Inocenciju III. za poslane mu iz Rima poslanike.

Beatissimo et serenissimo patri et domino Innocentio, domini nostri gratia romane ecclesie pontifici et pape uniuersalis orbis.

Cum ad nostram presentiam dominus Joannes cappellanus et dominus Simon, viri religiosi et discreti, sedis apostolice legati peruenerint, non exiguam consolationem et letitiam accepimus. Quia quemadmodum sol suo lumine et virtute uniuersum orbem illuminat, ita omne hoc regnum illorum sancta et salubri predicatione verbi dei remanet illustratum, ut merito dicere possumus: visitauit hunc populum oriens ex alto. De eorum igitur virtutibus et scientia informati, deo et sanctitati vestre gratias quam plurimas agimus, qui tales viros ad nos transmittere dignati sunt. Prout decet, eos recepimus,

eoque magis, quia illi celestibus ditati bonis apparent, nam omne datum et donum perfectum de sursum est. Exhibitis litteris misericorditer preces nostras a sanctitate vestra fuisse auditas percepimus, et ita magna animi nostri deuotione mandauimus, ut in uniuerso regno nostro, iuxta dei placitum, facienda ordinent, et quidquid sancte legi contrarium inuenerint, secundum prophete verbum euellant et destruant (notificat synodi celebrationem, acta etc.) Datum (po svoj prilici oko sriedine g. 1199.).

Fejér. Cod. Dipl. T. VII. vol. V. p. 150.

CCLXXXVII. 1199.

Ivan nadbiskup dukljanski i barski, zahvaljuje se Inocenciju III. papi na poslanom mu plaštu i javlja, da su njegovi poslanici Ivan i Simeon podpunoma odgovorili svojoj zadaći.

Sanctissimo patri et domino Innocentio dei gratia summo pontifici, Iohannes diocliensis et antibarensis ecclesie humilis minister, tam debitam quam deuotam obedientiam. Gratias uberes refero sanctissime paternitati vestre de honore pallii et plenitudine pontificalis officii, quam michi per dominum Iohannem et dominum Symonem familiares et legatos vestros concedere dignati estis. Ego autem omni tempore vite mee ad deuotionem vestram et fidelitatem et sancte romane ecclesie promptum habeo animum modis omnibus et paratum. Notum siquidem facio sanctitati vestre, quod prefati legati vestri ea, que corrigenda et ordinanda fuerunt, ita cum prudentia et honestate per dei gratiam ad honorem vestrum et sancte romane ecclesie tractauerunt, quod dominus rex et totus populus eorum opera commendantes ad vestrum honorem et obsequium effecti sunt modis omnibus promptiores. Ego vero in proximo nuncios meos ad pedes vestre sanctitatis transmittam, qui deuotionem meam paternitati vestre plenius declarabunt.

Theiner. Mon. slav. merid. T. I. str. 7.

CCLXXXVIII. 1199.

Papinski poslanici Ivan i Simeon, ustanovljivaju s nadbiskupom dukljanskim i njegovimi biskupi, zakone za svećenstvo u Dalmaciji (južnoj) i u Duklji, glede neprimanja novacah, glede ženitbe svećenikah i svetovnjakah, glede desetine i robstva Latinah.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Nos Iohannes capellanus et Symon subdiaconus domini Innocentii pape tertii, apostolice sedis legati, ad euellenda nociua de agro dominico, et virtutum plantaria utiliter inserenda, videntes multa in clero et populo Dalmatie et Dioclie corrigenda, de sanctorum patrum conciliis decreta presentia duximus innouanda. In primis itaque decernimus, ut nullus episcopus aliquem ad sacros ordines per pecuniam promouere, seu ecclesiastica beneficia alicui precio interueniente concedere presumat. Cum enim dominus preceperit apostolis: Gratis accepistis, gratis date; et spiritus sancti gratia venalis esse non possit, que in sacris confertur ordinibus, graui puniendus est pena, qui spiritus sancti dona venalia exponere non veretur. Quocirca presenti decreto statuimus, ut quicumque episcopus hoc agere conuictus fuerit, omni

ecclesiastica careat dignitate ,et sine spe restitutionis tam ille qui dederit, quam ille qui scienter sacros ordines pecunia interueniente receperit, perpetuo deponatur.

Cum domini sacerdotes, et hii qui sacro altario deseruiunt, continenter viuere debeant iuxta illud: Mundamini, qui fertis vasa domini; in partibus Dalmatie atque Dioclie sacerdotes et uxores habere et ecclesias tenere dicuntur. Quocira presenti decreto statuimus, ut sacerdotes et diaconos ante susceptum officium, nisi eorum coniuges in manu episcopi votum fecerint continentie, uxores habentes cum ipsis maneant et ecclesias dimittant, non enim possint secundum ordinem romane ecclesie manentes in coniugio, nisi defunctis uxoribus, aut continentiam vouentibus, si digni inuenti fuerint, ad sacerdotium promoueri. Illi vero, qui post susceptum sacerdotii vel diaconatus honorem adulteras potius quam uxores accepisse probantur, nisi eas dimiserint, et dignam egerint penitentiam, ab officio et ecclesiastico beneficio fiant penitus alieni. Prohibemus etiam, ne aliquis episcopus, nisi in quatuor temporibus iuxta sanctorum patrum constitutionem, aliquem ad sacros ordines promouere presumat: solus enim romanus pontifex dominicis diebus subdiaconos ordinare potest. Cum autem episcopus ordinationem fecerit, non nisi unum ordinem a subdiacono et supra conferre presumat. Ordinatus autem in subdiaconatum ad munus per annum in eodem officio deseruiat, et diaconus similiter faciat. Quicumque autem episcopus contra hoc venire presumpserit, tamdiu a conferendis ordinibus abstineat, donec a romano pontifice misericordiam consequatur.

Quoniam secundum gradus et ordines personarum beneficia ecclesiastica in domo domini secundum sanctorum patrum constitutionem distributa noscuntur, decernimus, ut decime seu oblationes fidelium tam pro viuis quam pro defunctis in quatuor partibus diuidantur, quarum una sit episcopi, alia ecclesiarum, tertia pauperum, quarta clericorum. Portionem quidem pauperum episcopus amministret, portionem vero ecclesiarum archipresbiter conseruet, et ex mandato episcopi in usibus ecclesie fideliter expendat. Quicumque autem clericorum contra hoc venire presumpserit, sua portione priuetur.

Districtius inhibemus, ne aliquis sacerdos filii sui vel filie spiritualis priuatam confessionem alicui reuelare presumat. Quod si facere conuictus fuerit, officio et beneficio ecclesiastico perpetuo spolietur. Idem dicimus de quolibet clerico, qui de homicidio, adulterio, periurio, falso testimonio publice accusatus fuerit et conuictus.

Cum terrarum potestatum nunciis siue ministris honor exhibeatur ab omnibus, multo magis ministris dei honor a laicis exhibendus est, a quibus eis non solum diuina celebrantur officia, verum etiam sacrum baptisma et corpus domini et penitentia, et cetera ecclesiastica sacramenta iugiter ministrantur. Quapropter iuxta decretum domini Innocentii pape secundi districtius inhibemus, ne aliquis in personam episcopi siue sacerdotis, vel cuiuslibet clerici vel religiosi viri violentas manus inicere presumat. Quicumque autem hoc attemptauerit, tamdiu excommunicatus maneat, donec de tanta presumptione satisfacturus apostolico se conspectui representet, vel ab eius legato, prestita congrua satisfactione, absolutionis beneficium consequatur. Similiter sub excommunicatione prohibemus, ne aliquis laicus clericum ad peregrina iudicia trahere presumat, veluti candentis ferri, vel aque, vel cuiuslibet alterius iudicii; non enim pertinet ad laicum clericum iudicare. Si autem clericus peccauerit, ab archiepiscopo vel episcopo, vel etiam prelato suo, aut romano pontifice, si necesse fuerit, iudicetur.

Cum sacrosancta romana ecclesia, que mater est omnium ecclesiarum et magistra, decreuerit, ut nullus christianus usque ad septimum consanguinitatis gradum coniugium

contrahere presumat, graue nimis est et diuini dignum animaduersione iudicii, quod in partibus Dalmatie et Dioclie a multis factum in veritate comperimus, ut homines, dei timorem non habentes, cum consanguineis in quarto et quinto gradu vel infra contra sanctorum patrum constitutionum coniugia contrahere non formident. Quapropter presenti decreto statuimus, ut quicumque in quarto gradu presertim vel infra coniugium habere conuincitur, nisi ad mandatum ecclesie satisfecerit, et a sue consanguinitatis incesta coniunctione recesserit, tamdiu maneat excommunicatus et ab omnibus ecclesie sacramentis separatus, donec a nefaria copula separetur, et ad mandatum ecclesie satisfaciat.

Item precipimus, ut clerici rasuram et tonsuram teneant clericalem. Qui autem hoc non fecerit, ab episcopo districtione canonica compellatur.

Cum due sunt in terris potestates a domino constitute, spiritualis videlicet et secularis, et una de spiritualibus et ecclesiasticis, altera de secularibus habeat iudicare, graue committitur peccatum, quicumque laicus vel ecclesias donare vel ecclesiasticas personas iudicare presumit. Quocirca presenti decreto statuimus auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et domini pape Innocentii, ut quicumque clericus de manu laica ecclesiam vel ecclesiastica beneficia receperit, tam qui dederit, quam qui receperit, tamdiu excommunicationis vinculo teneatur astrictus, donec ad mandatum ecclesie plenarie satisfaciat; et quod contra sacros canones factum fuerit, irritum habeatur et vacuum. Illos autem laicos, qui ante constitutionem istam ecclesias donauerint, vel in ecclesiasticas personas manus iniecerint violentas, volumus per episcopos tertio commoneri, et nisi penitentiam egerint competentem, eadem sententia teneantur astricti.

Excommunicamus omnes illos, qui thesauros ecclesiarum iniuste detinent, donec restituant, et eos, qui Latinos detinent in seruitute, nisi recepta pecunia, quam dederunt, eos pristine restituant libertati. Item excommunicamus omnes illos, qui proprias dimiserunt uxores, vel decetero dimiserint sine iudicio ecclesie, donec ad ipsas reuertantur. Prohibemus etiam, ut filii presbiterorum, et qui de legitimo non sunt nati matrimonio, ad sacros ordines non accedant. Similiter prohibemus, ut nullus ordinetur in saserdotem, nisi tricesimum expleuerit annum.

† Ego fr. Iohannes domini pape capellanus apostolice sedis legatus scripsi et subscripsi.
† Ego fr. Symon domini pape subdiaconus apostolice sedis legatus subscripsi.
† Ego Iohannes diocliensis et antibarensis archiepiscopus subscripsi.
† Ego Dominicus archipresbiter arbanensis subscripsi.
† Ego Petrus scutariensis episcopus subscripsi.
† Ego Iohannes polatinensis episcopus subscripsi.
† Ego Petrus aruastinensis episcopus subscripsi.
† Ego Dominicus soacinensis episcopus subscripsi.
† Ego Natalis dulcinensis episcopus subscripsi.
† Ego Theodorus sarcanensis episcopus subscripsi.

Theiner. Mon. slav. merid. T. I. str. 7. Battyanyi. Legum. Eccl. T. II. p. 289.

CCLXXXIX. 1199.

Udova Bonda iz Dubrovnika, daruje samostanu sv. Benedikta u Lokrumi crkvu sv. Stjepana.

Iz rukopisa: Spoglio delle scritture di Lacroma.

CCXC. 1199.

Andrija vojvoda hrvatski, potvrdjuje Spljetćanom sva ona prava koja i Koloman kralj čuvati se obveza.

Ego Andreas, dei gratia Dalmatie, et Croatie dux, iuro super sanctas reliquias, vobis Spalati principibus firmam pacem et libertatem; mihi quoque aut filio aut successoribus tributarii ne sitis. Episcopum vero, aut comitem, quem clerus et populus elegerint, confirmabo; et lege, antiquitus constituta, cum vestro iudice vos uti permittam, partiumque introitus portus ciuitatis de extraneis duas partes rex habeat, tertiam vero comes ciuitatis, etc. Datum anno 1199.

Farlati. Illyr. Sacr. Tom. III. pag. 5.

CCXCI. 1199.

Emeriko kralj hrvatski i ugarski, dozvoljuje crkvi zagrebačkoj desetinu kunah i svinjah.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis. Hemericus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Chrouacie, Rameque rex in perpetuum. Quanto excellenciori beneficiorum commoditate regia celsitudo celitus perpenditur visitari, tanto diuine gratitudini obligacior ex eorum efficitur accepcione, ut eo amplius de bonorum affluenciis, que summi dispensatoris nutu ad usus temporales sibi sunt suppeditata, vice reciproca benificam ipsius clemenciam tum in ecclesiarum indigenciis subleuandis, tum in aliis pietatis operibus, quoad poterit exercendis conpellatur honorare. Volentes igitur quod in future exultacionis patria cum multiplici ubertate domino largiente metamus in presentis exilii et luctus loco studiosius seminare, destitucioni et dispendio temporalium, quod per guerre tempestatem zagrabiensis ecclesia ob fidelitatis constanciam corone nostre efficaciter exhibitam perpessa est, pietatis intuitu duximus eonsulendum. Concedimus itaque, ut nulli bano populum ecclesie memorate pro descensu seu marturinarum siue prebende liceat exaccione molestare, sed in omnibus hiis, tum Cesmagenses et Dumbrogenses, tum ceteri populi ecclesie suo tantum teneantur episcopo. Sanctimus eciam et statu incolumi volumus in posterum perdurare, ut de marturinis nostris vel prouentibus qui loco marturinarum exhibentur, quam eciam de porcis, qui in episcopatu zagrabiensi colliguntur, eiusdem loci episcopus decimas integrales sine alicuius contradiccione percipiat. Ut autem hec regie serenitatis nostre institucio perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam imaginis nostre sigillo communiuimus. Datam (sic) per manus Desiderii aule regie

cancellarii, anno dominice incarnacionis M. C. XC. VIIII. Venerabili Job strigoniensi archiepiscopo existente, reuerendo Saul colochensi archiepiscopo, Calano quinqueeccle siensi episcopo, Dominico zagrabiensi episcopo, Catapano agriensi episcopo, Johanne chanadiensi episcopo, Kalenda wesprimiensi episcopo, Mog palatino et eodem comite bachiensi, Nicolao bano et eodem comite de Zala, Mica comite de Bychor, Fulcone comite de Budrug, Chephano comite de Suprun, Ampudino comite de Zonuk. Dyonisio comite de Wyvar.

Prepis od g. 1572. na pergameni, nalazi se u pismohrani nadbiskupije zagrebačke. Priuilegia N. 15.

DODATAK.

CCXCII. 1163.[1]

Deveš, gospodar od Konavlja, daje svojoj kćeri Dragoslavi i zetu si Mikeu, njeku zemlju u župi brenskoj, u ime miraza.

In nomine domini nostri Jhesu Christi dei eterni. Anno eius incarnationis MC(L)XIII indictione XI. Regnante imperatore Manuele Comneno, dei et eius gratia ego Deuesius terre Canali et Seruaunitie dominus, dono terram iudicalem in loco Brenni, que dicitur Bretiau.. in quo etiam loco sederunt illi qui dicebantur salis seminatores, (pro) dote Dragoslaue mee filie et Michatio meo genero, nec non illorum omnibus filiis seu postheredibus uniuersis perpetualiter, qualiter dei et mea benedictione, omne tempore laborandi, seminandi, pastinandi et quidquid velle faciendi de ea habeant potestatem. Siquidem gener meus Michatius vice prenotate terre redonauit mihi militarem clipeum cum elmo ferreo, et unam vegetem L. meta vini continens. Unde si quis post meum datum et decretum hoc frangere voluerit, et hos meos filios inquietare temptauerit, omnipotentis dei, et sanctorum CCCXVIII patrum, apostolorum et martyrum, omniumque sanctorum maledictionem incurrat, et cum Juda traditore damnetur. Huic donationi interfuerunt isti testes: Belleca iudex, Staneti Prete filius, Belas Vratimiri filius, Utalez casinicius, Rasuad sednicus, Slit, Drazilo archipresbiter de Canalo. Inter quos et ego Matheus diaconus et testis interfui, una cum Mauresa Mannani, veluti presens super ipsam terram fui, et sicut ab ore domini Deuesii presentibus testibus audiui, ita scripsi.

Iz starog rukopisa u Dubrovniku.

CCXCIII. 1174. U Spljetu.

Spljetčani ustanovljuju zakon o svjedočanstvu ženskom pred sudom, i o muževih, koji krivu zakletvu polažu.[2]

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione Jesu Christi MCLXXIV indictione VII. tempore inuictissimi ac semper triumphatoris Manuelis, in ciuitate nostra spalatina prominente Constantino seuasto, in buccaratu Helie. Ego Joannes spalatinus

[1] Ova izprava nosi na čelu godinu 1113 s indiktiom XI. koja se s rečenom godinom ne slaže. Nu jošte manje odgovara joj doba vladanja Emanuela Komnena, koji je carevao 1142—1180. Pošto dakle za vrieme vladanja ovoga cara indikcija XI triputa dolazi, i to god. 1148. 1163. i 1178. to sam uzeo godinu 1163. jer je najvjerojatnije, da je kod prepisivanja izprave u broju godine izostalo pisme L. te je tako mjesto g. MCLXIII. izašla g. MCXIII.

[2] Ova izprava priobćena je pod brojem CXXVII samo u izvadku.

comes, pariter cum Petro iudice decreuimus, quod ab hoc tempore in antea ulla femina in testificatione nullatenus recipiatur, imo penitus sit abicienda. De viris vero sic statuimus: quod duo vel tres testimonium verum reddant; verum tamen quicumque vir palam periurus inuentus fuerit, siue falsus testis fuerit comprobatus, vel in futuro repertus extiterit, iam amplius nec pro se, nec pro aliis in sacramento, seu in testimonio recipietur, et insuper hoc adiungimus, si unicuique homini pro aliquo furto sacramentum iudicatum fuerit, sicut est consuetudo, ille, qui sacramentum dederit, talem habeat potestatem, et medietatem de sacramentariis ad suum velle, de quibuscumque voluerit eligere possit. Ut hoc autem firmum et stabile a modo et semper consistat, iure iurando firmauimus.

Lucius. Memorie di Trau str. 190.

CCXCIV. 1184. U Braću.

Bratko knez, i Prvoš župan brački i hvarski, dopituju njeku zemlju samostanu sv. Ivana.

In Christi nomine amen, ac patris et filii et spiritus sancti. Anno a natiuitate domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo octuagesimo quarto, diebus regis Bele . . . Isti homines sunt patriote dominii insularum: Episcopus Nicolaus insularum pharensis et brachiensis. Bratco comes insularum. Paruos zupan, iudex Decia Brachie, Paruoslav, isti omnes sunt patriote dominii insularum. In diebus illis fuit Ratco presbyter, et monachi et seruitores ecclesie sancti Joannis de Poueglie, fuitque plebs Brachie et Phare, cum comite Bratco na Bolu; cepitque loqui Bratco monachus: Comes et omnes nobiles! monasterium sancti Joannis fuit magnum antea sicut vos noscitis, nunc vero sunt destructa eius territoria, sic audiui quod istas terras vos detinetis, po Conzu, comes, et zupanus, fuerunt ante sancti Joannis ecclesie, rogo vos nobiles ut ipsas daretis ecclesie. Tunc dixit Bratco comes, et Paruos zupanus, fiant deo et sancto Joanni deprecationes iste prout fuerunt, (ostalo izpušćeno).

Ciccarelli. Osservazioni sull' isola della Brazza, Venezia 1802. p. 105.

CCXCV. 1185. 12. prosinca. U Veroni.

Urban III. papa, nalaže Spljetćanom, da pošalju svoje poslanike u Rim, u poslu potvrdjenja biskupa hvarskog onda, kad bude zadarski nadbiskup posvećen.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis, clero, nobili viro M. comiti et populo spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Cum venissent ad presentiam felicis memorie Lucii pape, predecessoris nostri, dilecti filii B. canonicus ecclesie vestre, et iudex, superuenit postmodum venerabilis frater noster P. archiepiscopus vester, et significarunt sibi iniuriam, quam super episcopatu pharensi videmini sustinere. Verum licet vellet vestre indemnitati ecclesie prouidere, et vos sicut dilectos ecclesie filios in vestris petitionibus exaudire, et nunciorum vestrorum acquiescere voluntati, quia tamen iaderensis ecclesia vacat, nec episcopatum illum ecclesie vestre confirmare potuit, ut petebant, nec antequam ipsa ecclesia ordinetur, de negotio finiendo tractare volens,

ipsum in eo, in quo nunc est, statu sine contentione manere permisit. In(de) discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus, cum eadem iadertina ecclesia fuerit ordinata, cum nunciis partis aduerse, ad nostram presentiam accedatis, vestram per nos iustitiam auxiliante deo recepturi. Parati enim sumus et in hoc et in aliis honori ac utilitati ecclesie vestre, quantum secundum dominum possimus, prouidere. Nolumus autem ut rescriptum aliquod iuri vestro preiudicium faciat, a sede apostolica veritate tacita impetratum. Datum Verone II idus decembris.

Farlati. Illyr. Sacr. Tom. IV. pag. 245.

CCXCVI. 1186 mj. studena. U Krku.

Ivan biskup krčki daruje mletačkomu samostanu Sv. Ciprijana, [1] *svoju crkvu sv. Ivana, ležeću kod gornjih vratah u Krku.*

